ARCHIVES DE LA GRANDE CHARTREUSE

A-v
29 a

A-5
29 a

CHARTREUSE de **BEREZA**

Sainte-Croix

(PROVINCE D'ALLEMAGNE SUPÉRIEURE)

Manuscrit du Ven. Père Dom Palémon **BASTIN**

+

J. M. J.

Cartusia

Sanctæ Crucis. —

Berezæ

1646. —

Origo Cartusiæ Berezanæ Sanctæ Crucis in M. D. Lithuan. Sitæ. –

Aº Reparatæ salutis humanæ 1648[(A)], Innocentio X Sumº Pontifice, Ferdinando III Rom. Imperatore mb finem Vladislai IV, et initium Joannis Casimiri Regum Poloniæ ac Sueciæ, moderante unicuique Ordinem Cartusiensem Rdo in Xto P. D. Leone Lidicer, ardente ubique Europa bellorum incendiis, abcumtibus in favillam et cinerem plurimis per Germaniam monasteriis, grassantibus in Poloniâ et Lithuaniâ Cosacis ac Tartaris, misericors Deus ac miserator Dominus in tempore afflictionis cogitans cogitationes pacis suscitavit spiritum Illmi ac amplissimi viri DD. Casimiri Leonis Sapiehæ M. D. L. Pocan ellarii, ex avita gente et sanguine Sapiehanum Herois (si prudentiam, linguarum peritiam, consiliorum maturitatem, ad omnem opum affluentiam spectes) facile in Lithuaniâ Principis; ut ædificaret in ea Domum (nomini sui Domini) in usum Ordinis Cartusiæ, his regionibus hucusque parum ignotis, per quem deserta sæculorum alibi destructa repararet, et antiquatum multis in locis antiquorum monachorum religionis spiritum, per antiquum in Ecclesia Ordinem primi et antiqui semper spiritûs tenacem reformaret. Neque vero ut in Patriam pio, ita et in Deum religioso, surdæ ad hanc inspirationem fuere aures, neque ad piam in sinum reposita manus; sed statim ut (stam Illmo Domino) sensit, consensit. Nam continuo patuit aditus Ordini, ratus se plurimum debere Deo ter Optimo maximo quod Ordinem, tot sæculis florentem sibi soli ac primo in has primum regiones introducere liceret; eoque modo plene ac tutè divitias ac opes sibi concessas, dum per erogari; atque adeo conservari posse: non nescius liberalitate ac munificentia Dei non superari; qui hæreditatem vel minimam, terrenamque substantiam sibi datam in immensum augere atque ita interminabili fœnore multiplicatam, refundere in sinum offerentium solet. Jam vero quis condigne enarrare potuit tot, tamque gravia impedimentorum genera, quæ infernalis hostis pessimo Illmi Fundatoris proposito annihilandi (2o. 1o. vice) præstendit? Instabant amici, ægre ferentes tantam fundationi huic necessariam, e manibus suis erigi substantiam, utque facilius incepta ab Illmo viro vota irrita facerent, ad lenocinia conversi, persuadebant Illmæ Conjugis juvenilem ætatem, spem proli-

(A)

Documenta ex archivo cartusiæ Dantisci

1646.— R.P. Leo Generalis S.O. cartus.is gratias agit Illustrissimo Casimiro Leoni Sapieha Procancellario M.D.L. pro oblatione novæ domus.—

Ill.me Dne, Audita mediastertius per litteras P. Prioris Cartusiæ nostræ Dantiscanæ B.V. Paradisus nostræ cupatæ novæ illâ vertâ, haud dubiè celitus delata in nostrum ord. Cartusiensem professionem, non quivit spiritus meus vel momentum quiescere, aut sibi temperare, quin post humiles Deo, Patri luminum, atque omne bonum et omne datum optimum descendit, Vestræ Ill.mæ D. significarem, quantum et quam magnum hinc gaudii, singularisque effectus erga ipsam, conceperim cumulum. Sane enim cum ut mihi, Deum audire Vestram Ill.D. tanquam alterum religiosissimum, Davidem, sic affari: Quod cogitasti in corde tuo ædificare Domum nomini meo, bene fecisti, hoc ipsum mente tractans, tam ait Deus pro tam mirabili et sumptuoso ac splendidissimo templo postea erecto et consummato ab ejus sapientissimo filio Salomone in gloriam et honorem nominis sui, ad ipsius orationem, universo populo Israel copiosissime benedixit, ita ut hoc novo asceterio ad educandam pietatis tuæ munificentiæ jam jam fundando et ædificando, ipsa divina Majestas ad preces famulorum suorum ibi die ac nocte suas laudes vacantium, et pro totius regni prosperitate orantium, oculos suos mperdomum Regiam firmabit, singularitergue M. L. Principatum, ducatum, protectionis suæ insuperabilis scuto circumdabit, ac Vestram Ill. Dominationem pro tam bono et tam digno hoc pietatis opere florentem, dilectissime conservabit foverbitque. Hoc enim modo precatur et jugiter deprecabitur. Vestræ Ill.mæ Dominationis humillimus et obedientissimus servus,

Fr. Leo Cartusianorum Generalis ex magnâ Cartusiâ 7 oct. 1646.—

1646.— Ejusdem litteræ ad Priorem domus Dantisci in eodem negotio.—

Ven. in X.to P. Vestræ 10 aug. ultimo proteritis scriptæ, non mediocrem attulere consolationem: intelligente per eas Ill.mi Vicecancellarii nemmum illum affectum, quem (haud dubium id spiritu S. inspirante et dirigente) concepit ex nostrorum Statutorum lectione, erga nostrum Ordinem. Laudo plurimum veram prudentiam, qua distinctis oculis videre de iis, quos que animadvertistis certis argumentis voluntatem prælati Ill.mi Vicecancellarii in primo suo proposito fundandi nobis monasterium perseverantem et bene stabilitam, Porro non ut cunctandum convenit præfatum Ill.mum D. et post humiles gratiarum actiones, illi plane et aperte omnes necessarias conditiones pro fundatione et ædificatione unius

sibi multiplicandarum, tot Ecclesias jam jam in tumulum ad actas ab ipso in pristinum vigorem restitutas, fundatum modo cum amplissimis dotibus, annuisque redditibus (Brestensium Secutarum) collegium, erectum Virginibus Deo sacris monasterium, quippe ipse et Illma Conjuge tenerimas ad Deum preces nocte dieque effunderent, Divinam peccatis ipsorum (si quae forte ex humana fragilitate admisissent) misericordiam implorarent, omnium patrocinio, omni reposita sollicitudine, aeternam in coelis gaudia se consecuturos sperarent, quiescerent prius ab ultimae sui suorumque exspoliatione, exequiasque aliquis assistentibus sibi proclibus, Deo tantam in alienos effusa liberalitate gratiarum actionis relaturis. Gravis profecto vis argumenti, quae tenacissimum quemlibet, nisi divina lux obfuscatas tenebras irradiasset, in suae conclusionis assensum pertrahere potuisset, sed non est consilium, non est prudentia, non est sapientia contra Dominum, qui vim illustrissimi animum in sancto hoc proposito ita obfirmaret, ut nunc tartarei hostis tela sancto divini auxilii despicaret, elideret, inque ipsius capita retorqueret. Alii invidiso deste, illibatam ordinis castitatis integritatem rodere non erubescentes, opus minime gratum ipsum Deo exhibitorum, asserabat, se religiosos ejusmodi fundasset, qui omnibus salutis alimoniae curam abjicientes, propriae tantummodo animae saluti parare consuerunt, plus esse laborandum de publica totius populi salute, quam privatorum quorumdam immunitate, neque tantam requiri bonorum substantiam, profundandis aliis religiosis indefessam animarum curam gerentibus, utpote qui ad mendicandum ordinis S. Francisci, aut ex officiis sibi assignatis annuos reditus recipientes, honestam, totique communitati utilissimam vitam ducere possint. Quis non crediderit rationibus adeo evidentibus (amplitudinem animi) Illmum virum suum sensum submisisse, et in earum assensum abiisse. Sed mentem Castrisianorum silentium, dentium tam dulci elenchorum in auribus piissimi Fundatoris resonabat, ut garrula hominum sanctum hoc propositum ex ipsius corde evellere conantium verba, latratusque minime perciperet, aut si quandoque relata perciperet, pertinaciter acperitus contemneret. Considerabat etiam vitae Castrisianis regulam, illius asperitatem, officii tam diurni quam nocturni prolixitatem, perpetuam a carnibus abstinentiam, segregatam ab omni humano consortio vitam, regidissimae usque ad emissionem animae duraturis poenitentiae operibus quibus viatum Divinae Majestatis sponsi

monasterii Ordinis patefacere juxta ea quae in statutis praescribuntur. Quibus auditis de loci delectu agendum erit. In iis autem omnibus tractandis et faciendis, do vobis plenariam et absolutam facultatem utendi opera P. Rectoris Gidlensis et officialium seu procuratorum vestrorum, sic tamen ut nihil agant in praefatis nisi de consilio seu directione vestra, hoc est: omnino ad vestrum nutum et voluntatem. Sane laetus morerer, si ante obitum meum liceret mihi videre in regno vestro unam domorum Ordis provinciam integram surrexisse. Deus etiam a quo bona cuncta procedunt, omnia feliciter ad suum honorem, gloriam et Ordis incrementum dirigere dignetur, vobisque et omnibus vestris abunde benedicere. Cartusiae 7 oct. 1646. Vester in Dno amantissimus confrater. Fr. Leo Prior Cartusiae

P.S. – Inclusam epistolam scribo Illmo DD. Vicecancellario juxta monitum vestrum, quam lectam, sigillo appenso claudetis et firmabitis, et post ipsemet eam ad ipsum deferetis, si possibile, ut judicium de ipsa ex proprio ipsius ore accipiatis. –

1647. – Aliae ejusdem ad eumdem –

Ven. in Xto P. Nudiustertius accepi litteras vestras sub 19 nov. ultimo elapsi scriptas, quibus intellexi colloquium, quod novissime habuistis cum Illmo Vicecancellario, futuro novae Cartusiae fundatore, in quo vobis confirmavit hanc suam bonam voluntatem et praepensionem magnam in Ordinem. Iam a multo tempore respondi praecedentibus litteris vestris simulque scripsi epistolam praefato Illmo Vicec. pro gratiarum actione suae tantae in nos devotionis, cujus etiam nunc rursus copiam hic inclusam mitto, illi tradendam, si aliquo casu aut infelicitate primae nostrae litterae detentae, perditae vel impeditae, ad vos pervenire nequiverint. Insuper mitto hic novas patentes, quarum virtute transfundo in vos omnem auctoritatem nostram, ut sic omnia plene et absolute disponere valeatis circa novam hanc plantationem, prout melius judicaveritis expedire ad honorem Dei et decorem Ordinis. In omnibus etiam tentantes provinciis respondere piae voluntati dicti Illmi Vicecancellarii. Cartusiae 17 februarii 1647. Fr. Leo Prior Cartusiae.

1647. – Commissio Priori domus Dantisci facta ad tractandum cum Fundatore.

Fr. Leo Prior Cartusiae ac totius Cartusis ordinis Minister Generalis Ven. in Xto P. D. Philippo Bolman Cartusiae Dantisc. Paradisus B.Mae nuncupatae Priori, salutem in Dno et paternam benedictionem. Intelleximus ex litteris vestris pium et vere magnificum Illmi DD. Casimiri Leonis Sapieha M. D. L. Vicecancellarii propositum ac voluntatem

sedari, peccatoribus conversionis gratiam impetrari, haereticorum laxam vivendi methodum confundi, totiusque Ecclesiae Catholicae inviolabilitatem restaurari posse, confidenter speraba. Quid nunc ultra audes o devicta Sathanas? Multum quidem laborasti et tamen nihil profecisti. Quid misera ultra aggredieris, ut invictum hunc heroem in sua expectatione confundas? Quin potius recta in alteram partem profice, forsitan illic aliquid extrahere licebit, nec mora, laetantur saevissimae bellorum tempestates, tranquillus Reipublicae status turbatur ab insumptibus e latibulis suis Cosacis et Tartaris, omnia longe lateque devastantibus. Nobiles more pecudum mactantur, stratique in campis et civitatibus occisorum cadavera omnibus horrorem inuntiabant, ascetaria sacra violantur, sacerdotes ducuntur in gloriae, caquibus alii ad diris simam lanienam, reliqui, coepius mori cogebantur, antequam mori possint, alii minutim dissecti, assati, excoriati, sale conspersi, acerbissimam, truculentas inter Schytarum manus mortem obierunt, et ut multa pauca eloquar, tirannicis ubique hostibus omnia in toto regno usque deque vexabantur.

Optimum sane Fundatorem conglomerata Tartarum, adversitatum, inglusies ab incepto proposito abstrahere potuisset, sed crederat semen divinae inspirationis in terram optimam, non radices adeo firmas egit, ut nulli furiarum, stygiarum turbines illis nec movendis, non dicam, evellendis, foret existerent: unde factum, ut semen illud invocante hac fecunditate caelesti, quemadmodum hodierna testatur dies, fructum attulerit centuplum.

Ne autem in afflictissimo hoc Regni statu Illmus D. Petrus dilectissimae deesset, nec opibus et quod plus est, nec sibi ipsimet defecit. Ipsissimorum namque hostium testimonio salus est unicus cura sua, quam propriis alebat stipendiis, cohorte, tantam hostibus stragem intulit, et a singulis plus unus omnibus laborasse dictus fuerit. Et nisi Divina Clementia ad majorem sui nominis gloriam invictissimum hunc Martem singulari tutela protexisset, inter densatos gladium, plumbeorum, sagittarumque imbres, mansy ipsevitam in periculosissimo conflictu pro Regno Petri aque deposuisset. Ne vero ulterioribus ambagibus inhaerendo, lectori nauseam creemus, ad propositum Cartusiae Berezanse exordium redeamus.

Resumpto itaque nonnihil spiritu, toto etiamnum Regno bellorum incendiis aestuante, post multas et ultroque deliberationes tendens in campis Litho vicinis prope Beregam offidum, secus Sesiolam fluvium inter Zitow et Sielce situm, non sine singulari

novae Cartusiae fundandae et aedificandae; quod quia Spiritus S^ti afflatu haud dubie conceptum putavimus, debita cum gratiarum actione et animi alacritate susc[ip]ientes, opportunum duximus quo res tanta majori cum dignitate et securitate ad Dei gloriam et Ord^is incrementum felicem exitum sortiatur, specialem vobis ad eam pertractandam, faultatem facere. Ut ideo tenore praesentium vobis, de cujus zelo ad ea quae Dei et Ordinis sunt, ac pietate, plene confidimus in Domino omnem authoritatem nostram et Capituli nostri generalis super eam in nos transfusam impertimur, cujus vigore assumptis quos ad id judicaveritis idoneos, domus vestrae vel novae plantationis in Gilden^ Rectore vel officialibus, praefatum Ill^mum D. Viceancellarium adire, et cum eo tractare et conferre de eligendo loco a cohabitatione hominum debite segregato, et instituto nostro accedaneo opportuno, de construendis aedificiis ac aedibus assignandis, et omnibus aliis circumstantiis et conditionibus juxta praescriptum et normam Statutorum nostrorum ad novam Ord^is nostri domum formandam requisitis, nostroque et totius Ordinis nomine ad effectum praedictorum quascumque contractus legitimos celebrare licite et valide possitis. Et generaliter omnia agere, facere et gerere, quae dictae novae fundandae Cartusiae ad formam Ordinis necessaria judicaveritis. In quorum fidem praesentibus subscripsimus et sigillum consuetum apponi jussimus. Cartusiae die 16 mensis Febr. A^o 1647

F. Leo Prior Cartusiae et Generalis ord^is (L.S.) Fr. Joannes Chauvet Scriba R^di P.

1647. — Littera R^di P. Generalis ad Priorem Domus Dantiscanae. —

V. ac R^te P. Super caetera vos reddidi de acceptis una simul cum responso Ill^mi Viceancellarii Lithuani vestris litteris. Promotionem etiam novae plantationis in Lithuania vobis de novo commendare, superfluum arbitror, cum id certissime sciam esse maxime cordi. Laetor plurimum gaudeo, audiens quod nostrae petentes, quibus detur vobis omnimoda potestas agendi et disponendi negotia, prospere perveneriut ad manus vestras..... (Cart^ae 9 Junii 1647. —

F. Leo Prior Cart^ae

..... Vestras nil 21 mensis exactas nuper accepi, ex quibus intelligo vos quamprimum Ill^mum Vicecanc. Lithuan. accessuros pro tractando negotio novae ab eo fundandae Cartusiae. Deus det vobis iter prosperum &c. (Cart^ae 14 Julii 1647), F. Leo Prior Cart^ae

10 oct. 1647. — Littera Ill^mi Fundatoris ad Priorem D. Dantiscanae. —

V. et admodum R^de in Christo Pater honorandissime. Non dissitor equidem, plurimum praestitutam fuisse diebus personalem cum R. P. Vestra conferentiam meam, in eo negotio, quod divinae ordinationi

Dei nutu (et post reperetur) fundandæ Certusiæ locum designat, et statim pro obtinendâ ab Illmo et R^mo Lucoriensi et Brestensi Episcopo Loci Ordinario licentiâ, laborare, hæc ab eo tulit responsum.

1648. — Approbatio Loci Ordinarii. —

Andreas Gembicki Dei et Apostolicæ sedis gratiâ, Episcopus Lucoriensis et Brestensis, Illmo D. Casimiro Leoni M. D. L. Vicecancellario, nostro in X^to dilecto salutem in Dno. Sollicitudo Pastoralis officii nostri postulat, ut inter alia nobis incumbentia, ea potissimum quæ divini cultûs augmentum, sanctæque religionis honorem concernunt, pro viribus simplex attendamus, et piis Fundatorum voluntatibus annuentes, promoveamus. Cum itaque Illma et magnifica Dominatio vestra bonis operibus extimum diem, præveniendo, divina suadente gratiâ, in terris seminare, quod multiplicato fructu recipere possit in cœlis, interdet, spirituali et laudabili ejus desiderio, insigniq^ue pietati, quantum cum Domino possemus respondere cupientes: ut in bonis suis Beregæ dictis, in nostra Diœcesi Ecclesiam et monasterium religiosis Ord^is Cartusiensium in honorem Dei fundare et sufficienti dote juxta tenorem et dispositionem Bullarum Clementis et Urbani VIII, Pontificum, felicis recordationis, pro sustentatione dictorum religiosorum assignata, instituere, dictosque religiosos in præfatum locum quovis modo et solemnitate introducere vel introduci facere, omniaque alia circa actum hunc opportuna, necessaria præstare, disponere et ordinare, authoritate nostrâ ordinariâ, tenore præsentium, ut magnifica et Illma Dominatio vestra possit et valeat, eidem concedimus et plenariam damus facultatem, in primarium hujus Ecclesiæ ædificandæ per quemvis sacerdotem ecclesiasticum demorem imponendi in Dei nomine lapidem, quorum fidem præsentes manu nostra subscripsimus et sigillo nostro communiri mandavimus.

Dat. Ianoviæ (L.S.) die 20 maii a^o 1648

Andreas Gembicki Episcopus Lucoriensis — Joannes B^ta Rubens S.R.M. Secretarius.

Hac igitur licentia a Loci ordinario impetrata, longiorisque moræ pertæsus, desiderium suum R^do P. Joanni Pegon totius ordinis Certusiensis Generali significavit (illa autem est 1648 in bibliotheca Domus Parkensis monstratur) qui capitulo sibi generali assistente subministravit Gedanum in Lithuania PP. V.D. Philippum Bolomey Priorem Certusiæ Gaudii B.V.M. Prope Gedanum cum VV. PP. DD. Casparo Cochelio et Joanne Lubiensi Domus jam

subjeci supplex, quam si per delegatos integro mense agerem; tamen quia temporum ministri sumus, neque profectio mea in Russiam differri in tempus aliud potuit; quae coram agere oportuisset, ea Generoso Stanislao Hilchen, quem Vilnâ missurus eram, ex ipso itineae ad R.P. vestram dimitto, pro tempore instructum et a R.P.te vestra instruendum, quo felicius cum Dei gratia auspicari negotium possimus. Faxit omnipotens ut voluntatem ejus agnoscamus et adimplere mereamur, quod sacris apud eundem bonorum omnium largitorem R.P.tis vestrae suffragiis spero me obtenturum. Ejusdem favori et gratiae me et mea ex animo commendo officia. Dat. Minsci 10 oct. 1647. Casim. Leo Sapieha V.C.

2 febru. 1648. — Litterae R.di Patris Gen.lis ad Priorem Dantisci. —

V. in X.to P. Vestras nobis 20 mensis nov. ultimo elapsi directas nudius tertius recepi, non sine magna animi mei exhilaratione intelligens per eas vos negotium novae in Lithuanico aut potius Ruthenico solo aedificandae cartusiae feliciter promovisse, Deus proxima immensa bonitate quae restant, perficiet, cum ad hoc nihil aliud modo desideretur quam declaratio et consensus Ill.mi Fundatoris. Vestrum erit omnia ad operis perfectionem necessaria et suâ maximâ munificentiâ digna bene et distincte proponere, ne post semel ad votum concessa, iterum alia de novo petere cogamur.

Non dubito quin per novi Procuratoris institutionem ad nutum Ill.mae Fundatricis factam in domo Gidlae, omnia feliciorem quam hactenus promotionem sortiantur.

Cart.ae 2 febru. 1648. — F. Leo Prior Cartusiae. —

18 aprilis 1648. — Prior domûs Dantisci substituit Commissarios. —

F. Philippus Bolman Prior Cartusiae Paradisi B.V.M.ae in Prussiâ, vobis ven.bus in X.to Patribus DD. Joanni Lubietowski Rectori Cartusiae Gidlensis et Casparo Cochalio prof. Cartusiae Paradisi B.V.M.ae salutem in Dño. Vigore impertitae mihi authoritatis ab A.R.o D. Leone Eixier Patre Priore Cart.ae majoris, totoque Capitulo gen. ordinis cartusis jam binis vicibus satisfaciendo desiderio Ill.mi Casimiri Leonis Procancellarii Lithua, adhibitis sociis Lithuaniam profectus, consideravi dispositiones locorum futurae fundandae Cartusiae a praefato Ill.mo assignatorum, reperique dotem sufficientem oblatam, uti et locum aptum ab hominum concursu separatum, materia pro futura fabrica facienda instructum, ita quod oblationem Ill.mi Procancellarii acceptandam judicaverim. Et quoniam ob defectum personarum possessionem bonorum donatorum adire pro illo tempore non valui, et alia quaedam

dictae professos. His dein Ill^mus Fundator optionem fecit, eligerent sibi locum, pro cast^a
construendo magis placentem, et isto (ut antea diximus) Ill^mus Fundator Berezan, pro fundo
Certusiae antea dicto designavit, necesse tamen in dicto spatio perficiendi desiderio et VV.
PP. pereis Berezae situationibus, nihil certe determinantibus, libertum eis esse voluit,
et hactenus plurimos Lithuaniae partibus, sive in propriis sive alienis bonis (hoc enim
quicumque de cunque emptum, assecutus) locum, tam solitudini quam necessariis
Certusianae vitae alimentis magis accommodum, investigarent. Interim nulla adhuc
facta loci electione, V. P. Philippus Bolman, Priorem Certusiae Gedanensis iter domum relegit,
religiosos duos VV. PP. cum facultate, illud quod sibi ulteriori deliberatione adhibita,
opportunius visum fuerit, exequendi, ad latus Ill^mi Fundatoris reliquit. Hi tandem
aportuna consilia, maturaque deliberatione Berezan, licet infertis locis amoenam,
certe minus quae in incursionibus plurimum obnoxiam, ceteris Lithuaniae partibus praetulere.

Habilatus itaque piissimus Fundator cathegorica hac VV. PP. Berezae persistendi
sententia, de primo lapide imperando nos sollicitus, invitavit Versavia Ill^mum
et R^dum D. Joannem de Comes Archiepiscopum Adrianopol. Sedis Apostolicae in Polonia
nuntium, una cum plurimis ex Saphiehanae familia cognati, familiaribusque
Regni Poloniae Magnatibus. His demum omnibus cum ipso Illmo Fundatore in loco
determinato praesentibus, summo animorum gaudio, jucundi tate et hilaritate prima-
rius lapis fundamentalis a supradicto Sedis Apostolicae Nuntio, adhibitis constitutis
ab Ecclesia caeremoniis, fundamento injicitur, Crux sacra innumeris praefixa de ligna
arte et fusti erectionem, Certusiae in hodiernum usque diem miraculis clara nomen
loco indidit Ste Crucis. Illico atim Venerabilibus P. P. locus Certusiae una cum bonis
eidem incorporatis (quae in litteris fundationis inferius seriatim continentur) commenda-
tur, sub patrocinio S. Josephi Sponsi B. V. M^ae et Casimiri Confessoris Poloniae Principis.
Collocata itaque, uti diximus, prima ac ea lapide, omnes deinceps curam, tam VV. PP.
quam Ill^mus Fundator adhibuerunt materialia congerendi, quibus Ecclesia in altum
consurgeret. Ill^mus quidem Fundator Rezanam, Kossoviam et Poldaviam, facilitate vectu-
rae Rezam alias lateres, calcem, et lapides omni studio convehi curavit, vas vero Latas
Berezae existentes pro possibili de sufficienti structura omni subsequentis annum labora-
runt.

per agenda interced ent, quæ in instanti complanari non potuerant; ideo inhærendo auth-
oritati R^di P., totiusque Capituli gen., et instructioni ejusdem, D. V. P. Joannem Lubieto-wski,
addictum socium V. P. Casparo Cochlio in Lithuaniam mittendum duxi, dans omnem potestatem
mihi concessam, ut ea quæ a me inspecta minus relicta, perficiatis; possessionem bon-
orum ab Patronum, adhibito consilio virorum peritorum, nomine Ordinis nostri et meo
apprehendatis, ipsisque et aucta pro tempore Ordinis et Patronum nostrorum ædificia
di instituta faciatis; ita tamen, si quid omnino difficile intervenerit, ad consilium meum
recurratis. In quorum fidem præsentibus subscripsi, et sigillo officii mei obsignavi.
Dat. in Cartusia Dantisc. 18 Aprilis A.D. 1648 (L.S.) F. Philippus Bolman Prior Cart^ae Pom. D.H.M.

1 Junii 1648. — Littera Ill^mi Fundatoris ad Priorem D. Dantisci. —

V. in X^to P. Dne et Amice honorandissime. Non refert, ut exscribam R. P^tis vestræ quod
egerimus quoad erectionem eremitorii Brunsbergensis cum delegatis ad me R.P. Rectore
et R.P. Capicio; ipsi denuntiabunt uberius tam, hucusque spectata et considerata
quam consummanda. Ego pro officio et obsequio antiquæ meæ erga Ordinem, secutus placitum
RR. PP. recessi a Szydłowiecz et Nowieniowiecz, ubi existere domum vestram paratus
eram, et Borzam concessi libentissime, quam Petres ipsi commodiorem multis nominibus
judicentfore. Deo favente, postridie primum pro templo et monasterio delineationes
cum Illmo Nuntio quotidie, quibus diebus quid memoratur, luctabimur. Deus
Ill^mus Capitaneus primum fundabit sub titulo S^tae Crucis, M. quoque Josephi et Casimiri.
Locus hic in diœcesi Brestensi sub Episcopatu Lucoriensi jacet. Consensum ab Illmo Episcopo
Andreæ Gembicki jam obtinui. Commissarius ac de Illustrissimis luctaverat sufficientiam
provisionis. Porro integrum esset, si R.P. vestra dignaretur submittere plures personas, ad
negotium istud sacrum, in ante me succedere incipiat, quo deinceps facilius in toto
perficiatur cum Dei gratia, quam sanis exortationibus RR. PP^tum VV. maxime plurimum confido,
me vero ipsum favori R. P^tis vestræ ex animo commendo. Dat. Rosanæ 1 Junii 1648.

Rogo ut in hisce initiis non sit mirum Patrum numerus scarpersonis, quod tamen in
adjectis R.V. permitto. P. Casparus me hinc avellant, peto obnixe.

R^tae Vestræ obsequentissimus Amicus et Servitor
Casimirus Leo Sapieha Procancellarius m. D. L. —

Illi autem reddirent quaerunt Dei Deo, et inter negotia externa, variasque quibus indies obruebantur curas, a carthusiana vita instituta nequaquam deflecterent, licentiam sibi a Loci Ordinario efflagitarunt, quatenus et SS. missae sacrificium ad coetera divini cultus officia in aula Ill^mi Fundatoris, Berezan, inter et carthusiae exstruendae terminum sita, particulari hanestoque ad hoc deputato loco celebrare ac peragere sibi liceret. Qui Vr. Paternitatis votis confestim annuens has ad eos dedit:

9 Aug. 1648. — Andreas Gembicki Episcopus Luceoriensis et Brestensis, Palatinus Pf. Ordinis Carthusiani in oppido Berezae existentibus, nobis in Xto dilectis, salutem in Domino. Spiritualis desiderio et devotioni Ill^mi et magnifici D. Casimiri Leonis Sapiehae M. D. L. Vicecancellarii etc. Fundatoris vestri, quantum cum Deo possumus, respondere cupientes, ut licet vobis et quibus vis aliis cognitis et approbatis saecularibus tam saecularibus pro regularibus de licentia superiorum sui, in aula profati Ill^mi et magnifici D. Fundatoris, in loco decenti et ab omni usu domestico libero, donec Ecclesia vel oratorium vobis exstruetur cum Altari portatili ab Episcopo Catholico consecrato, celebrare et alia divina officia absolvere, authoritate nostra Ordinaria, tenore praesentium, concedimus et indulgemus in Domino. In quorum fidem praesentes manu nostra subscripsimus et sigillo nostro communiri mandavimus. Dat. Janoviae die 9 Augusti 1648.

Andreas Gembicki Epis. Luceoriensis (L.S.) Joannes Bte Rudens Secretarius.

Vocabant itaque Ven. Pres. in aula Ill^mi Fundatoris, quantum negotia ad eos congloneata patrebantur, et suae pietati et divinarum rerum contemplationi, Dei clementiam nocte dieque implorantes, ut opus, quod mediante paenulo suo Illmo Fundatore incepere ad majorem nominis sui gloriam, perficere dignaretur. Quanta enim sit humanae mentis incontantia, quamque affectiones circa Deum sint mutabiles, vel ex hoc satis colligi potest:

Posito jam ad unum celebri caeremoniae lapide fundamentali, signo miraculosae crucis in majoris Altaris loco jam viso, ingenti via non sufficienti pro Ecclesia exstruenda materia, Vr. Patres denuo mutare, loci electi praenitudine mirae.

Ill^mum Fundatorem, pro carthusia in eminentiorem locum, ad exstruendum citius ad planitiem ripae transferendam, precibus sollicitare incoeperunt, imo inscientia statim

20 julii 1648. — Mittitur ad novam plantationem Rector cum aliis personis Ordis.

Ven. ac Religioso in Xto P. D. Joanni Hagen Cartusiae Moguntiae prof. ac Procuratori salutem et per obedientiam vitam consequi aeternam. Ex quo Illmus Vicecancellarius Lithuaniae DD. Casimirus Leo Sapieha Deo inspirante ad Ordis nostri augmentum et decorem Cartusiam novam aedificare et dotare voluit, atque huic operi gnaviter incumbit, ac insuper pro principio 6 personas exoptat, quas Cartusia Dantiscana subministrare non valet; hinc est, quod aliquas ex Provª submittere permotus fui. Itaque charitati tuae, de cujus zelo et fervore mihi constat, vigore harum per s. obedientiae virtutem injungo, ut his acceptis, quamprimum te editer versus Lithuaniam conferas, atque ibidem Rectoris officio fungaris, et fundamenta hujus novae plantationis tam in spiritualibus quam temporalibus juxta laudabile Ordis nostri institutum cum omni religiositate et industria colloces, a Deo percepturus juxta meritum et laborem coronam vitae aeternae. Insuper adjungo V. Pte tuae in Comitem religiosum P. Carolum Wolschleger Cartusiae Trevirensis prof. sacerdotem. Ex quo autem iter hoc arduum et periculosum, rogo imprimis Omnipotentem Deum, pro cujus nomine hoc iter ingredimini, ut vobis benedicat, et Angelum suum sanctum mittat, qui vos praecedat et ab omni malo praeservet. Dat. Coloniae 20 julii Aº 1648

Michael Arnoldi Prior Cartae Trevirensis ac Visitor Provae Rheni et Saxoniae (L.S.)

6 dec. 1648. — Litterae Rdi P. Generalis ad Priorem domus Dantisci. —

V. in Xto P. Plurimum sumus laetati, intelligentes felicem adventum Patrum missorum a P. Visitatore pro regimine novae Cartae Lithua. ad domum vestram, licet ex alia parte non modicum anxiaremur ob irruptionem et impetitionem Cosacorum, quos tamen novum Regem cum Dei auxilio et in manu ejus forti expulsurum, firmiter speramus. Interim non possumus satis demirari edecumatam illam Illmi Fundatoris pietatem, et in novos illos incolas propensionem, qua jussit, si periculum instaret, ad munitionem suam vicinam fortissimam secedere. Porro credo nullam ab exordio nostri Ordis domum feliciora initia sortitam fuisse; ita ut nullus dubitandi locus relinquatur, opus hujusmodi Dei esse potius quam hominis, nec parum proderit, quod P. Casparus Cochelius invenit gratiam in oculis Illmi Fundatoris. — Cartusiae 6 dec. 1648

F. Leo Prior Cartusiae. —

precibus venerabilium Patrum Fundatore, quadam die peracta stabat structura pro materiabilibus in locum Patribus magis placentem deveheudis. Cumque tibi Deus hunc etiam alium pro domo nominis sui ædificanda locum se elegisse manifeste declaravit: mulier quippe ex villa Varsæe Cartusiæ proxime adjacente a multo jam tempore infirma, divino monito instincta, ad S. crucem se vehi curavit, et inde effusis pro recuperanda corporis valetudine ad Deum precibus, spatio unius momenti mirabiliter sanata, domum læta et incolumis repetit. Oblata mulieri in loco isto cœlitus gratia Ven. Patribus denuntiatur: qui reversi tabernaculum ejus ingressi, stupendum divinæ potentiæ miraculum agnoscunt. Accessit admodum venerandus tam ætate quam moribus D. Stanislaus Wroblewski Parochus Bargensis, qui secundo tali fide asserebat manifestatam sibi per nocturnam quietem visionem, qua adornatam albam monachorum cum cruce præcedentium, et Presulis insulati eos insequentis processionem in hoc ipso loco, in quo Cartusiæ structura parabatur, videret. Sed et ipso die erectionis S. Crucis tota frequentia hominum, genus quodcunque candidarum avium, his de rationibus prorsus ignotum, hunc locum repetitis vicibus circumvolare conspexerant, qui tandem post multos circuitus oculis spectantium sese subduxerunt.

His demum et multis aliis manifestissimis divinæ voluntatis indiciis Ven. Patres confirmati de loci mutatione turbari cessarunt, operique ædificii in nomine Dei mox prosequi Patrum agerent, si pro condigno describere cæpimus, quantum hic pijssimus Fundator cultârit; utpote cujus omnis intentio, omnesque studium illuc collimabat, ut vota Deo facta quanto citius fieri possit effectui daret, eaque per dilationem ad eo Ven. Patrum de loci electa constantia revocationem prolongari, intime gemebat. Facta igitur ultima resolutione consortium Ingemuit Italicus ad fundamenta totius operis ingrediendo a Varsavia advocatus, qui unius duntaxat ostatis spatio cum suis coadjutoribus 40000 flor. Polonica ab Illmo Fundatore soluta, accepit, hocque tempore ex una parte versus septentrionem ambitum cum 6 cellis in altum ædificavit, templi fundamenta posuit, stratis subtus (locus enim humidus est et valde limosus) quercinis, alnoisque arboribus. Cum autem deo tantum P. P. delicet V. P. Cæsarius Cichelius et V. P. Joannes Lubieteuski operi tantis curis implicato hucusque processent, neque et vires et consilio in ædificandâ tot opus deficere viderent, ad horum Illmique Fundatoris instantiam submissus e Capitulo gen. ex Germania in novam Vineam Vancouverus D. Joannes Hagen, prof. Cartusiæ Brevinen-

11 Aprilis 1649. Aliae litterae..... Non mediocri perfusus sum gaudio, videns in ultimis vestris litteris 24 februarii exaratis, quae circa locum fundationis novae plantationis Lithuaniae nuper contigerunt: quae vere omnino mirabilia sunt et specialem Dei providentiam super eam ostendunt: unde nullo modo dubitamus quin superatis per Serenissimum Principem novum Poloniae Regem rebellibus, felicissimum sortiatur augmentum et perfectionem. Expectamus quotidie formam a P. Visitatore nobis porrigendam incorporandi Ordini in proximo Capitulo gen. hanc inclytam domum, simulque cogitamus de caetero in charta ejusdem Capituli inter Magnates praecipuosque fautores Ordinis Ill^mum Vicecancellarium Lithu. amplissimum illius fundatorem describere, et ei speciale beneficium per totum Ordinem concedere. Dolemus aliquantulum Gidlensem novam plantationem tam diu jacere in pulvere, tamque parum se attollere, maxime cum voluntati Ill^mae Fundatricis plene per Rectoris illius mutationem satisfactum sit. Verumtamen sperandum est, quod tempore ab aeterno a Deo ordinato incrementum accipiet, modo paucissimi religiosi illic degentes perseverent in omnibus operibus suis s. observantiae seu cartusianae disciplinae bonos se semper praebere aemulatores.

Cartusiae 11 Aprilis 1649 F. Leo Prior Cart^ae (hactenus Schwengel)

qui uno secum ex mandato R^di P. tres ex Cartusia Gedanensi Patres in Lithuaniam adduxit, ita essent eorum 6, qui per integrum quinquennium Cartusiae adhuc inhabitabili, in aula Ill^mi Fundatoris medii circiter quadrantis horae spatio a Cartusia remota manserunt, atque hoc quinquennio propter grassantes ubique Tartarorum Cosacorumque turmas semper turbati et pavidi, Dei tamen miserentis protectione ab omni hostium incursu liberi, immunes sunt praeservati.

A^o 1654 (a) die 6 oct. Illma Fundatrix Theodora Christina Comitissa a Tarnow, selectissima consors Ill^mi Fundatoris nostri moritur Stonimi, nata A^o 1627, duplici dolore relicto; quia ex proematura morte et absque relicta prole. Multum et diu occasus bonae matronae contristavit Ill^mum Fundatorem, atque adeo in votis habuit omnibus postpositis tam publicis quam privatis, ad Cartusiam novam decento posita domo, vitam privatam ducere; sed tempora maligna neutrum permiserunt. Vix enim sepulturam Vilnae conjugi persolvit apud moniales S. Francisci a suo bonae memoriae Parente fundatas, statim pestis maligna grassata per Poloniam et Lithuaniam, incipiendo ab autumno usque ad alterius anni hyemem, benigne tamen Berezam praetereundo.

Exiguo tempore V^do D. Joanni Hagen domus novae Priori (an aeris regionisque mutatio, an aliud quid nescio, causa extiterit) optata sanitate hic in Lithuania perfrui licuit. Vix enim 6 cellis ex integro perfectis, ambitu in suum statum redacto, vix jactis rite templi fundamentis, per integrum fere annum decumbens, diem extremum obiit: quem sarcophago inclusum, juxta majus Altare in choro ad latus Aquilonare prope ipsum murum VV. Patres sepelierunt.

Huic in officio Prioris a R^do P. subrogatus V. P. Casparus Cochelius primo in Rectorem, mox in Priorem novae domus est institutus. Qui nactus libertatem pro suo genio aedificandi, minime parcens sumptibus, magnanimi Fundatoris, parietes templi omni festinatione in altum eduxit. Et quia semel laxata malitia infamis plebeculae Kosacorum semper superbior, subsidiariis Tartaris, praedationibus et rapinis undequaque inhians, non finem bellorum, sed initium adaptare videbatur, collato cum Illmo Fundatore consilio, V. P. Casparus nudos Cartusiae muros et patentem omnibus hostium incursionibus locum ad instar fortalitii, formae elegantioris vallo obtegere incepit: ad suum propositum vallum Magistrum vel Geometram adinvenit, ac facta dimensione, circumquaque 6 angulare vallum

(a) 1652. Obitus Fundatricis. (Ex litteris Ill.mi Fundatoris ad Priorem D. Dantisci)

Placuit Divinae Majestati vocari ad se conjugem meam dilectissimam et eripi oculis meis vitae solatium et dimidium animae meae: die 24 praesentis extincta est. Unde mihi incredibilis angustia et moeror. Solatur me tamen ejusdem Divinae Bonitatis erga nos singularis clementia; quod animam saeculo huic abreptam coelo destinaverit, recipiendam eo citius quo frequentiora suffragia ei conciliavero. Hinc est, ut summis precibus rogatam esse V. P.tem vestram velim, dignetur oblationibus Patrum sacri sui Ordinis concessoque nuper sibi a R.mo P. beneficio, animam defunctae juvare. Ipsum affectum hunc singulari obsequio et benemerendi studio meo libentissimè referam. Dat. Derewna 28 oct. 1652. Cas. Leo Sapieha Procancell.

Charta 1653. obiit Illustrissima Dna Christina Theodora magni ducatus Lithuaniae comitissa Tarnowska fundatrix domus Berezae amplissima, habens Tricenarium singulare per tot. ord. et anniversarium perpetuum sub die 26 octobris, et plenum monachatum ex charta 1654. (necrologe de Villeneuve)

erigere cepit a parte occidentali, qua solus et unus per portam meridionalem debuit esse ingressus, dispendio 6000 flor. Polon.

Ao 1666, die 6 Junii Ecclesiam nostram Beregnanam, fundatam ab Illmo D. Casimiro Leone Sapieha Procancellario M. D. L. consecravit Illmus ac Rmus D. Alexander Sapieha Episcopus Vilnensis (Samogitiarum 1659-1668 et Vilnensis 1668-1671. (Gams)) Quibus omnibus ea ut praefatum, modo peractis, Illmus Fundator ad novam hanc sponsam ornandam dotandamque animum convertit, et praeter sacr. supellectilem argenteam, aureamque summa liberalitate elargitam, in dotem assignavit quidquid omnimodi juris habuit in toto districtu Beregensi tam in agris quam in silvis et juxta tenorem litterarum fundationis Cartusiae nostrae Beregnae, quas hic subnectimus.

1650. — Littera primae fundationis et dotationis. —

In nomine Ssmae Trinitatis. Dei Patris et Filii et Spiritus Sti Amen. Casimirus Leo Sapieha Procancellarius M. D. L. (magni Ducatus Lithuaniae) Nominensis, Volkensis, Luboszancensis (Luboszensis), Rohaczoviensis Capitaneus, Administrator oeconomiae Brestensis etiam. In perpetuam rei memoriam. Notum facio praesentibus litteris meis: Recognoscenti mihi continua recordatione mea amabilis (las) Divinae Bonitatis gratias, protectionis et fortunae dona, quibus me clementissima dextera ejus et providentia cumulavit, nunc etiam, ut et illud esse perpetuo debita loco tenendum statuam, ut Deo meo Redemptori et Conservatori decidem, gratiis ac (&) donis servatam, praesentationi etiam, Ibidem Rom. Abbatis nostri, quae me genuit et aluit (his praesentibus testimoniis, quibus haeresis invalescens Dei furorem, et ultionem in totam Reipl. (ubique) moventibus fidefacultatibus meis, quamdiu datur possessionis hujus ac libertatis desuper usus, succedere respondeamus, animaque quoque connectis in expiationem delictorum subsidiis adjuta, ex temporalium commercio foeneratis valeat aeterna. Divinae cum Religiosorum vota et suffragia ad implorandam Divinae Majestatis clementiam, et contra horrendum conatus opes, fore multum utilia viderem, etiam non a parvo tempore in ditionem meam hereditariam, Berezam dictam, Dioeces. Luceoriensis (Luceoriensis) in Palatinatu Brestensi sitam, introducere et fundare ibidem VV. PP. Cartusianos Instituti S. Brunonis decreverem, idque deo favente Regis Vladislai IV. piae memoriae inter vivos adhuc superstite, et de consensu Illmi D. Andreae Gembicki Episcopi Luceoriensis mediante auctoritate et praesentia Illmi DD. Joannis de Tarcz Archiepiscopi Adrianopolitani (Hadrianopolitani) S. Apostolicae Sedis a Latere Nuntii, a quo petimus Capis

fuo templo S. Crucis et SS. Patronorum Casimiri et Josephi positus jam est aggressus esem,
ut bona etiam alia dicta vulgo Bussiag (A) cum suo territorio et attinentiis in districtu Stonimensi
sita, nuper a Magnificis DD. Pyzelaweskis (A) empta, cum 60 mansis per manus, duobusque
pagis, ad ditionem meam hereditariam Kossow dictam, in eodem districtu, olim spectantibus Milejki et Zaborowski (A) nunc pratis[illegible] fundationi, introductis, jam
dictis, adnectere et incorporare possem; sed intervenientes Interregni et insolentia rebellantibus, adnectere et incorporare possem; sed intervenientes Interregni et insolentia rebellantium Zaporowiensis militiae, insuper hujus fundationis interciperetur, veritus ego
casum aut mutationem aliquam, quae me excludere potuisset in his meis propositis meis
rite perficiendis, peculiares, seorsivas litteras et cautionem judicio a° 1648 mens. sept.
die Stonimi coram Judicio Interregni (vulgo Kasturdicto) recognitam, pro inscriptione
fundationis futurae instituendae et roborandae dotis (A) factam venerandis PP. Cartusianis dedi.
Interim etiam a Magnifica Dna Marianna Lodnicka Francisci olim Vniastowski (A) castri (A)
Brestensis Vniastowscii (A) et a consortibus eorum, quintam olim partem ditionis et territorii Berezensis perpetuo jure emi, et meae possessionis feci. Unde nunc et super dicta
eatenus vota et proposita mea perficienda pranominatas possessiones meas hereditarias
et acquisitas eo modo in suum ordinem reducto, totam utramque Berezam Bussiag et Bussiag unam
cum aliis aedificiis et fundis locandis, praediis, stagnis, molendinis, piscinis,
fluviis, fluviolis, agris, pascuis, nemoribus, desectis, sylvis, gaiis, captura castorum et
venationibus ferarum omnis generis, cum officiis, eorum incolis, Kmetonibus, eorum
possessionibus, facultatibus et omni opera, cum tabernis, arendis, nundinis, cum omnibus
fructibus et proventibus, ubi possessiones dictae, earumque sortes hereditariae et acquisitae
Berezа et Bussiag et pagi a ditione mea Kossow incorporati, cum praediis, prout hactenus
solo advitalitio magnifica Dna Vniastowscia, quod peculiaribus litteris super nonnullos
Kmetones et agros praedii unius cautum est, excepto. Bussiag autem ejusdem Dnae
Vniastowska (A) iidem Kmetones et agri cum suo praedio perpetuo jure ad bona eadem
territorii Berezensis vigore ejusdem inscriptionis redire debent. Quae quidem omnia
bona, una et Ecclesiarum tam Romani quam Graeci ritus in unione existentium, post

* ha de haereditate dom. Capitan.

decessum ~~nostrum~~ meum Collationes et Jura Patronatus Venerandis praefati Instituti S. Brunonis Patribus Cartusianis in personas 14 religiosas conventuales, de nova radice Conventum erigendo, inscribo perpetuo et irrevocabili jure, do ea (A) ex nunc et dono, jura omnia ad bona eadem pertinentia ad manus Patrum trado, eosque in bona haec per ministerialem Generalem in inventario descripta intromitto, trado et cedo. Venerandi autem PP. Cartusiani debebunt et tenebuntur personas regulares 14 in conventu dicto, per me fundato, perpetuis temporibus alere, et ubi erectio coenobii steterit, residere praesentes. Quamvis autem ipsos Ven.dos PP. pro pietate et vocatione sua non dubitem mei et consortis meae Theodorae Christinae Comitissae a Tarnow, uti superstitum, sic post fata, animarum utriusque nostrum memores fore et placaturos Divinam Majestatem, (pro animabus etiam parentum, fratrumque meorum) iis potissimum suffragiis, quibus Ecclesia X.ti utitur pro defunctorum fidelium animabus, et in expiationem delictorum, peculiariter tamen, ut anniversaria dies occasus Patris mei dignae memoriae Leonis Sapieha Palatini Vilnensis, copiarum M. D. L. Generalis Praefecti, 7 julii; matris meae Ducissae Elisabethae Radziwiliae, 17 oct.; fratrum meorum Joannis Stanislai Marschalci supremi M. D. L., 11 aprilis, et Christophori Nicolai notarii M. D. L., 17 augusti, dictis suffragiis memoratae Patrum (A) Cartusiae celebrentur, obnixe peto. De his bonis et facultatibus praenominatis Bereza et Busiaz et pagis a Kossow adnexis a me Conventui Ven.dorum PP. datis, Ven.dus P. D. Joannes ab Hagen Rector modernae Coloniae hujus et ven.dus P. D. Casparus Cochelius Procurator, successoresque eorum Priores Cartusiae Berezanae realiter et plena apprehensione introducti, omnes fructus et proventus pacifice percipient juxta antiquas consuetudines, limites et usus perpetuis temporibus in personas 14 et non minoris numeri perpetuo alendas, sine ulla per me aut successores meos, seu quosvis praepeditione, convertere debebunt. Parochos pro dicta Berezensi Ecclesia Rom. et Presbyteros pro Basilicis graeciritus Ven.di PP. Cartusiani pro jure Patronatus quod illis post decessum meum serviet, proponent et praesentabunt Ill.mo Episcopo Luceoriensi uti Loci Ordinario confirmandos. Administratio vero bonorum huic fundationi traditorum et inscriptorum Ordo etiam omnis ejusdem conventus ad Priorem sui instituti spectabit perpetuo, Quem omnino obligari volo, ut census et proventus in decorem domus Dei conventus ejusdem et Fratrum ~~necessitate~~ ibidem residentium necessitates, et non in alios usus convertant, aut alio transferant. Contra lites et injurias, si quae in dictis possessionibus a me pro Cartusia hac eadem

fundatis, excitarentur, jus protectionis post decessum meum (discessum 2: con. et (A)) Illmo D. Paulo Sapieha Palatino Vitepscensi (Vitebscensi 2: con. et A.), et si defecerit, majori natu filio (illius A) ejus, hoc etiam deficiente, proximiori de linea prolis masculae ex eadem domo nostra serviet: quos per omnia sacra et amoris perpetui jura rogo, non desint patrocinio Patrum et laudabili huic curae servorum Dei. Hos tamen tutores et protectores permansuros esse suppono in gremio S. R^nae E., alio enim casu (quod absit) ven^di Patres recurrent (recurrerent 2: con. et A) ad protectionem alterius etsi remotiorem esse viderint de linea eadem. Quoniam autem possessiones praedictae Bereza (Bereza (A)) et Bussias (Buziasz Bussjaz A) cum attinentiis memoratis immobiliter conventui Patrum serviae recognoscuntur, ita ven^di PP. ad 14 personas religiosas in dicto conventu perpetuo alendas tenebuntur, et, si placuerit, etiam plures etiam, prout sufficientia census responderit. In cujus rei majorem fidem, has fundationis litteras manu mea subscriptas, sigilloque munitas, firmari etiam testimonio praesentium amicorum volui, nominatim Ill^norum DD. Georgii Tyszkiewicz Episcopi Vilnensis, Andreae de Leszno Leszczynski (Leszczinski, Leszczinski (A)) Episcopi ~~Episcopi~~ Culmensis et Pomeraniae, Vicecancellarii Regni, Christophori Chodkiewicz Palatini Vilnensis, Georgii Caroli in Desbrowno (Dabrowno 2: con. Dabrowno (A)) Hlebowicz Palatini Smolescensis (Lenscensis 2: con. et A.), Alexandri Ludov. Radziwil (2: con. et A.) Ducis in Olyka (Olyka) et Nieswiez (Pieswicz (A)) Marschalci (reschalci) Supremi M. D. L., Gedeonis Mich. Tryszna (Tryszna (A)) Supremi Thesaurarii M. D. L., qui sigillis appositis praesentes fundationis meae litteras mpp (manu propria) signaverunt.

Dat. Varsaviae in comitiis generalibus Regni et M. D. L. die 3 mensis Januarii, Jan. A.D. 1650 (L.S.) (L.S.) Casimirus Leo Sapieha Procancellarius M. D. L. Stoninensis Capitaneus etc. — Georgius Tyszkiewicz Episcopus Vilnensis etc. — Andreas de Leszno Leszczinski Episc. Culmensis et Pomeraniae, vice Cancellarius Regni (45) Christophorus Chodkiewicz Palatinus Vilnensis (45) Georgius Carolus in Dabrowno Hlebowicz Palatinus Smolenscensis (45) Alexander Ludovicus Radziwil Dux in Olyka et Nieswiesz Marescalcus Supremus M. D. L. Gedeon Michal Tryszna Supremus Thesaurarius M. D. L. (45)

(45) Ita / in de Chasne nom de signataire mutto (45)

Fundatio haec postea ab Illmo Fundatore coram Serenissimo Joanne Casimiro Rege Poloniae et Sueciae recognita et a praefata Regia Majestate acceptata, et in Actis majoris Cancellariae M. D. L. inserta, indeque authentice extradita, manu S. R. M^tis subscripta et sigillo dictae majoris Cancellariae M. D. L. munita roborataque est. Eandem pariter Loci Ordinarius Ill^mus et R^mus Andreas Gembicki Episcopus Luceoriensis et Brestensis amplissimis litteris datis Janoviae die 27 Jan. 1650 approbavit et confirmavit auctoritate ordinaria atque ad Acta venerabilis consistorii ingrossari fecit. —

Nota. Praemissa documenta (ait Schwengel) communicavit nobis inclyta domus

Nº 2º Bereza

Berezana. Narrationem illam de origine Cartusiæ ejusdem conscripsit circa A.D. 1732 D. Leonardus Jacquemotte ejusdem domus professus. Sed audiemus ex Actis Cartusiæ Gedanensis nonnulla res aliter se habere. — Espace en documents tirés de la chartreuse de Dantzig dans la page laissée pour des notes et à la suite de ces remarques. —

~~~~~

1654, 22 nov. obiit D. Joannes Dagen primus Prior de Berezanæ.

1656, 19 januarii obiit Illmus Casimirus Leo Sapieha Procancellarius magni Ducatus M. D. Lith. Fundator amplissimus Illmus Dagestæ Crucis prope Berezam in Lithuania, hebens plus. mon. mem. B. et animæ. A. ob. 19 Jan. an. 1656.

Epitaphium Fundatoris. —

D. O. M. Casimirus Leo Sapieha Comes in Bychow, Procancellarius M. D. L. Orszensis, Vonimensis, Brestensis Prospectus, Administrator œconomiæ Brestensis. Parentibus catholicis, Leone Sapieha Palat. Vilnensi militiæ M. D. L. Prospecto supremo, et Elisabetha Ducissa Radzivilia Palat. vilnens., militiæ M. D. L. Prospecti supremi filia, in Lucem patriæ et Domus suæ datus Constantiæ Regiæ et Vladislai Principis, tunc Poloniæ et nuncia manibus ejus acus ponte lex actus, ostatem primæ lustratione præcipuorum Europæ Regnorum, Belarumque magni apud summos Principes ubique habitas, repetitis prospectionibus peregit, pietate morum, suavitate litteris, linguarum peritiâ, eruditione singulari et prudentia illustris, quoque toto vitæ suæ cursu gloriosa exercuit. Magnus a Rege Vladislao apud Michaelem Fiedorowicz M. Moscoviæ Ducem legatus, jusamentum ejus fidei perpetuæ servandum excepit. Commissiones et gravissima Regni negotia summa integritate et authoritate eximia feliciter administravit. Comitiorum Regni Marschalcus et Judiciorum M. D. L. supremus Judex in perendis contentiis gravitatem dicendi, Justitiæ decernendæ texuit. Viduarum, pupillorum, oppressorumque causas contra avitos potentiorum tueri semper habuit, quas potuit: medios Reipublicæ bus immotus M. Moscoviæ Ducis et Regis Sueciæ vastissima quibus oppugnabatur, promissa et gratias spreuit, illibatam Ecclesiæ, Regi et Patriæ fidem servavit, bonos exemplo rectitudinis confirmavit, malos coercuit, et quæ apud Regem egit, mareschalci curiæ et Procancellarii M. D. L. magistratus a Rege Vladislao sibi delatos laudabiliter gessit, et per annos expeditionibus Regis contra Scythas et rebelles sub Zborow, Berestecko et Zwaniec ipse enses signa arma et pugnatorum confessione
~~~~~

Tauricani Principis Isiam Glerey, imperterritus interfuit, cum equestribus, pedestribusque legionibus de peculio proprio conductis praeesset: Bychow et alias arces milite suo munitas hoc eodem octennio contra Moscum, Suecum, et rebelles Zaporovienses defendit, cum omnia ruerent, quae publico robore tenebantur; Jurisprudentiam Vilnens. Academiae junxit, liberaliter dotatis Professoribus; Cartusianorum Berezae, Canonicorum Regularium Stoninii, Bonifratel: Novogrodeci, Minorum de observantia S. Francisci in Sapiezyn Fundator. Multorum alibi templorum, Coenobiorum, Xenodochiorum erector, promotor et Protector cum incremento jam non haberet locum. Theodorae Christinae comitissae a Tarnow (cum qua annos 14 vixit) Pal. Vendensis ex Anna Firleia filiae occasum recutus. A° X^ti 1609 die 14 julii Vilnae natus, Brestae A° 1656 die 19 Jan. extinctus, hac urna conditur.

§ Ejusdem vitam typis evulgatam invenies in libro: Suada Latina historica p. 185. –

Benefactores. –

ch. 1666 ob. Ill^mus DD. Paulus Joannes Sapieha Comes Czereiensis et Bychoviensis, Palat. Vilnensis exercituum M. D. L. supremus Dux, Protector et benefactor D^s Berezae habens anniv. perp. n. 1. ad. 30 decembris (30 dec.)

ch. 1705 ob. Magnificus D. Gelec Venator Stonimensis, singularis benefactor D^s Berezae hab. anniv. 27 aug.

ch. 1705. ob. Magnifica Dña Christina Wisokinska Benefactrix D^s Berezae.

ch. 1716 ob. R. Adalbertus Liskowski canonicus Chalmensis, Decanus Szereszovensis, Parochus Berezae 29. mart.

ch. 1731 ob. Ill^mus DD. Bened. Sapieha Comes in Bychow, Thesaurarius M. D. L. ex familia Fundatoris. –

Catalogus Priorum
Cartusiae Berezanae. –

1us 1648 à 1654. – D. Joannes ab Hagen. – 1us Prior.

1648 D. Joannes ab Hagen prof. et procurator d. Moguntiae a DD. visitatoribus 20 julii 1648 primus d. Berezae Rector; et 1650 a Capitulo gen. primus Prior instituitur, obiit 22 nov. 1654.

2us 1654 à 1666. – D. Casparus Cochelius. – 2us Prior.

D. Casparus Cochelius Trevciensis, professus d. Dantisci, post mortem D. Joannis ab Hagen Prioris a DD. visitatoribus Rector ejusdem d. institutus, et anno mox sequente 1655 a Capitulo gen. Prior denominatus testante charta quae sic habet: D. Gasparum Cochelium prof. d. Dantisci super annum in Rectorem d. Berezae a PP. visitatoribus institutum, praefecimus in Priorem. Vir hic strenue se impendit ad fabricam monasterii et Ecclesiae et post labores multos transivit ad requiem, aeternam 6 sept. 1666. – Fuerat Rector d. Gidlae ab a° 1641 usque ad an. 1647.

3us 1666 à 1668. – D. Josephus Bogdanowicz. – Rector. –

ch. 1667. Dno Josepho Bogdanowicz (prof. maj. Cart.) in Rectorem d. Berezae in Lithuania super annum a R° P. (4 dec. 1666) instituto, non fit mia. Vir hic post annum ad suam instantiam destitutus est. ch. 1668. Rectori d. Berezae in Lith. ad suam instantiam magnam fit mia... et Rector absolutus exerceat officium coadjutoris.. fuit postea Prior d. Gidlensis ab a° 1670 ad 1678 nov. quo obiit (vide catal. Priorum d. Gidlensis.)

4us 1668 à 1672. – D. Joannes Lubietowski. – 3us Prior. –

ch. 1668 ..... et instituimus in Priorem dictae d. D. Joannem Lubietowski propterea a Priorata d. Gidlensis absolutum. Item D. Joannes Lubietowski (alias von Lübtow, genere nobilis ex Districtu Leoburgensi. prof. d. Dantisci) non integro quadriennio permansit

absolutus in visitatione facta 13 julii 1671
in Prioratu Berezae. Obiit in d° Dantisci 23 julii 1678. Fuit antea Rector et Prior d° Gislensis ab anno 1647 ad 1668. –

5us 1672 à 1681. – D. Joannes Amphard. – 4us Prior. –

ch. 1672. D. Joannem Amphard prof. d° Rutilae a Commissariis 13 julii 1671 super annum in Rectorem d° Berezae institutum confirmamus. et ch. 1673 D. Joannem Amphard Rectorem d° Berezae praeficimus in Priorem dictae d°. Obiit 8 mart. 1681. –

6us 1681 à 1688. – D. Julianus Sunderman. – 5us Prior. –

ch. 1681 Domini Berezanae Pastore orbatae, praeficimus in Priorem D. Julianum Sunderman Procuratorem ejusdem d° Et ch. 1688. Prior d° Berezae ad suam magnam instantiam fit mia... et Prior absolutus vadat ad domum Brunensem, cujus consolationem Priori ejusdem d° multum commendamus. Et ch. 1706 obiit D. Julianus prof.us d° Maurbacensis alias Prior d° Berezae. –

7us 1688 à 1695. – D. Wenceslaus Janik. – 6us Prior. –

ch. 1688.... et instituimus in Priorem dictae d° D. Wenceslaum Janik prof. et procuratorem d° Olomucensis..... Et ch. 1695. Prior d° Berezae ad suam magnam instantiam fit mia.... et Prior absolutus vadat ad domum Olomucensem suae professionis.. Et ch. 1700 ob. D. Wenceslaus Janik prof. et antiq. d° Olomucensis alias Prior d° Berezae. – Ex Prior D. Wenceslas nonnisi 20 martii 1696 Berezâ Olomucium regressus est

---

8us 1695 à 1702. – D. Bruno Gerend. – 7us Prior. –

ch. 1695.... et praeficimus in Priorem dictae d° D. Brunonem Gerend prof. et vic. d° Dantisci. – Pervenit Berezam et Prioratum auspicatus est in festo S. Annae 1695. Qui obiit 16 junii 1702. Vir ex Lutherano praedicante conversus, doctrinâ praestans.

9us 1702 à 1712. — D. Jodocus Chwalkowski. — 8us Prior. —

ch. 1703. D. Jodoco Chwalkowski prof. d. Olomucensis a R.o P. super annum in Priorem d. Berezae instituto, non fit mia, Et ch. 1712. ob. D. Jodocus Opichaz prof. d. Olomucensis, Prior d. Berezae. ob. 7 julii 1711

10us 1712 à 1728. — D. Joannes Foecher. — 9us Prior. —

ch. 1712. Domui Berezae Pastore orbatae relinquimus electionem novi Prioris, si jam non sit facta. ch. 1713. D. Joanni Foecher prof. et coadj. d. Dantisci in Rectorem d. Berezae a P. Visitatore super annum nominato non fit mia, Et ch. 1714 D. Joannem Foecher prof. et coadj. d. Dantisci a R.o P. a duobus annis in Rectorem d. Berezae institutum, praeficimus in Priorem. Obiit 12 mart. 1728. Vir egregius. Post cujus decessum mense Julio 1728 a conventu electus est sequens

4 dec. 1712 instituit ur Rector a Visitatore

13 dis. ut le Annales

11us 1728 à 1736. — D. Ferdinandus Billig. — 10us Prior. —

ch. 1729. D. Ferdinando Billig prof. d. Berezae et Priori d. Gidlae super annum a conventualibus dictae d. Berezae in Priorem electo, et a R.P. confirmato, non fit mia. et ch. 1737. ob. D. Ferdinandus Billig prof. et Prior d. Berezae alias Prior d. Gidlae, 15 oct. 1736. — Fuit Prior d. Gidlensis ab a.o 1723 ad 1728. —

ob. 14 oct. dixit les Annales

12us 1736 à 1738. — D. Dominico Bombek. — 11us Prior. —

11 Jan. 1737 — 1738 —

ch. 1737. D. Dominico Bombek prof. et vic. d. Berezae in Priorem ejusdem d. a R.P. super annum instituto non fit mia. Et ch. 1738. Priori d. Berezae ad suam maximam instantiam fit mia... et Prior absolutus exerceat officium coadjutoris. (Iste D. Dominicus nuncusque 1751 in vivis) — Institutus à R.do Patre 11 janu. 1737. obiit ex ch. 1767. —

13us 1738 à 1749. — D. Bruno Gorecki. — 12us Prior.

ch. 1738... et praeficimus in Priorem dictae d. D. Brunonem Gorecki prof. et coadj. ejusdem d. — Hic D. Bruno destitutus est a capit.o 1749. ch. 1749 Priori d.

Priores domus Berezae.

Ce qui suit est tiré du ms. 7. Genc. 29 de D. Palémon Bastin et reproduit un ms. ancien coté autrefois NN. 122.

1. D. Ferdinando Billig. professo d.e Berezae 5.a dec. 1722
2. D. Dominico Bombek prof... instituto 11.a januarii 1737

etc... [les indications données par ce ms. sont celles que D. Palémon a ajouté ici après coup.]

Berezae ad suam instantiam fit mia... Et Prior absolutus exerceat officium coadjutoris. (Est nuncusque 1751 superstes) – ch. 1782 obiit D. Bruno Goretski pp. et alias prior D. Berezae, hospes in domo in Seitz. —

14us ch. 1749 à 1763. – D. Bruno Kadau. — 13us Prior. —

ch. 1749 ... et praeficimus in Priorem dictae D. D. Brunonem Kadau prof. et coadj. D. Dantisci. – (Radtenus Schwengel.) ch. 1780 ob. D. Bruno Kadau pp. D. Dantisci, alias prior D. Berezae, qui 58 annis laudabiliter vixit in ordine. —

15us. 10 Dec. 1763 – 1779. – D. Paulus Zeisberger. 14us Prior.

Professus et procurator D. institutus 10 dec. 1763. obiit Prior ch. 1780 obiit D. Paulus Zeisberger pp. et prior D. Berezae. —

16us 5 oct. 1779 – 1787. – D. Michael Joseph Nacelewicz. 15us Prior

Professus et procurator D. institutus 5 oct. 1779.

17us – 24 sept. 1787 – 1788. – D. Andreas Korzenka.

Professus et sacrista D. institutus in actu visitationis a PP. commissariis 24 sept. 1787. ch. 1789 obiit D. Andreas Korzenka pp. et prior D. Berezae. —

18us 2 oct. 1788 – 1789. – D. Michael Joseph Nacelewicz

Professus D. institutus Rector a P. convisitatore 2 oct. et prior a Rdo Patre 29 nov. 1788. – ch. 1789 obiit D. Michael Joseph Nacelewicz pp. et Prior D. Berezae. —

19us 6 febr. 1789 – D. Stephanus Poutowski. – Puslowski

Professus et sacrista D. institutus Rector 6 feb. 1789 a PP. confirmatoribus ad electionem vocatis, prior a Rdo Patre 18 junii 1799. —

D. ... Oskiesko ?

D. Gradzki. Dernier prieur:

(Ad Schwengel Appendix ad p. III p. 2 (cap.)

Plures alios in Seitz nostra sepultos lege in tertia historiae —

7. Illmus Casimirus Com. Sapieha, Palatinus Vilnensis Supremus Dux Exercituum m. D. L. sepultus in crypta J. P. R. Brunonis 3 apr. 1720

8. Illma Ma Marchionissa de Bethune, canon Illmi Alexandri Sapieha Supremi Marschalci m. D. L. neptis Mariae Reginae Poloniae; filia Francisci Marchionis de Bethune legati Francici in Polonia; sepulta ut in crypta J. P. R. Brunonis 16 sept. 1722.

9. Illmus Georgius Com. Sapieha, Palatinus Moscislaviensis, olim Dapifer m. D. L. sepultus ut in crypta J. P. Brunonis die 13 oct. 1732. mortuus Varsaviae.

10. Illma Christina Comitissa Sapiezyna, filia Illmi Com. Sapieha, Capitanei Wilkoviensis, Virgo Bannonum, sepulta in crypta J. P. R. Brunonis 15 junii 1733.

33. D. Michael Macelewicz, Lithuanus Falkowczisnensis pr. 8 nov. 1745
34. D. Antonius Strachkowski, Varmiensis --- pr. 20 aug. 1755

Conversi professi D.

1. F. Samuel Hrehorowicz, conversus pr. 15 dec. 1680 ob. 25 sept. 1693
2. F. Ioan. Bruno Buzicki, conv. prof. 4 aprilis 1683 ob. 6 junii 1701
3. F. Mathias Paderewski, Drohicensis ex Podlachia, conv. prof. 8 sept. 1727 ob. 12 maii 1756.
4. F. Franciscus Komorowski, Lithuanus, conv. prof. 8 dec. 1744 ... ob. 7 aug. 1757
5. F. Stanislaus Krol, Rohemus Zbiroviensis conv. prof. 9 dec. 1743 ob. 27 febr. 1753.

Donati

1. F. Paulus Lanski, promissionem fecit die 11 nov. 1672 ob. 3 febr. 1673 –
2. F. Ertmannus Hirtz, promissionem fecit ... 1679 ob. 14 jul. 1706
3. F. Renatus Menanteau, Gallus prom. fecit 3 apr. 1724 ob. 12 febr. 1743
4. F. Ludovicus Bugau, Gallus promis. fecit 1 nov. 1747

Ex familia fundatorum sepulti in Ecclesia Berezanā.

1. Ill.mus Casimirus Leo Sapieha, Comes in Bichow, Procancellarius M. D. L. piissimus Fundator, obiit 19 jan. 1656, sepultus in Ecclesiā nostra 6 junii 1666. Quiescit corpus ejus in pariete templi ad meridiem Diaconi juxta altare majus.
2. – Ill.mus Paulus Sapieha, Comes in Bichow, Palatinus Vilnensis, Supremus Dux Exercituum M. D. L. obiit 13 dec. 1665, sepultus 6 junii 1666 in pariete templi prope lectorium Evangelii juxta altare majus.
3. Ill.mus Leo Sapieha, Generalis Artilleriae et Thesaurarius Curiae M. D. L. filius Pauli Palatini antedicti, per explosionem schopeti, fortuito casu, occisus, sepultus in crypta majoris Altaris,
4. Ill.mus Franciscus Sapieha, Stabuli Praefectus M. D. L., sepultus in crypta R. P. N. Brononis 4 julii 1686 cujus officium duravit per 2 dies in nostra Ecclesia, Benefactor singularis.
5. Cor Ill.mae Sophiae Comitissae Sapiehanae, Grudzinsciae, Praefectae Golubensis, die 22 junii 1694, in pariete templi prope lect. Evangelii, ubi Ill.mus Paulus quiescit, repositum.
6. – Ill.ma Anna Kopciona Sapieha, Pauli Palatini Vilnensis supradicti vidua relicta, sepulta est in pariete templi penes lectorium Evangelii, ubi maritus quiescit, die 4 junii 1707

Elenchus Professorum D. Bareza

1. D. Nicolaus Krzywoblocki, Lithuanus Sielensis prof. 25 oct. 1669 mortuus 16 julii 1714
2. D. Florianus Kossowski, ex Podlachia p. 3 maii 1673 ob. 9 nov. 1708
3. D. Georgius Wienkiewicz, Samogita p. 22 julii 1676 ob. 17 jan. 1724
4. D. Antonius Boder, Trevirensis p. 21 oct. 1677 ob. 26 jan. 1693
5. D. Hugo Hostert, Germanus Arlunensis p. 6 oct. 1680 ob. Freidnici 1707
6. D. Albanus Eich, Trevirensis p. 6 oct. 1680 ob. 16 dec. 1715
7. D. Theodorus Fromm, Trevirensis p. 6 oct. 1680 ob. 2 sept. 1730
8. D. Casparus Heptner, Silesius Klinkoviensis p. 18 oct. 1685 ob. 8 maii 1731
9. D. Joannes Balcarek, moravus Ostraviensis p. 2 julii 1691 ob. 15 dec. 1728
10. D. Josephus Kristeli, Olomucensis p. 8 dec. 1695 ob. 10 julii 1748.
11. D. Ferdinandus Billig, Bonnensis p. 6 oct. 1698 ob. 14 oct. 1736.
12. D. Adolphus Strunck, Coloniensis p. 6 oct. 1698 ob. 11 febr. 1732
13. D. Christianus Beckers, Eiflius p. 6 oct. 1698 ob. 24 jan. 1734
14. D. Jacobus Wiatrowski, Dantiscanus p. 6 oct. 1698 ob. 1 febr. 1727
15. D. Bernardus Porenski, Silesius Ribnicensis p. 2 julii 1714 ob. 3 apr. 1719
16. D. Casimirus Peschke, Glacensis p. 24 aug. 1717 ob. 8 julii 1757
17. D. Stanislaus Haberman, Olomucensis p. 8 sept. 1720 ob. 23 mai 1740
18. D. Dominicus a Bombek, Varmiensis p. 15 aug. 1721
19. D. Wilhelmus Andrée, Coloniensis p. 6 oct. 1722
20. D. Hugo Schotner, Glacensis p. 26 dec. 1725, dimissus ex ordine 1746
21. D. Benedictus Cidzick, Lithuanus Romanoviensis p. 3 maii 1726 ob. 25 jan. 1754
22. D. Bruno Gorecki, Silesius Thessinensis p. 2 junii 1727
23. D. Christophorus Frans, Lipspringensis p. 14 sept. 1727, aufugit 16 sept. 1736
24. D. Leonardus Jacquemotte, Trevirensis p. 14 sept. 1727 ob. 28 jan. 1739
25. D. Joan. Cink, Bohemus Stainschenau p. 21 oct. 1731 ob. 3 apr. 1753
26. D. Franciscus Pasieka, moravus Mistecensis p. 2 apr. 1737
27. D. Antonius Habicht, Olomucensis p. 2 apr. 1737 ob. 31 mars 1753
28. D. Thomas Kober, Moravus Schembergensis p. 2 apr. 1737
29. D. Bernardus Kuszel, Silesius Reichenau p. 26 dec. 1740
30. D. Anthelmus Schindler, moravus Neoticzinensis p. 26 dec. 1740
31. D. Paulus Zeisberger, moravus Budischau p. 1 jan. 1742
32. D. Norbertus Forberger, Olomucensis p. 8 nov. 1745

1728, 16 dec. D. Joan. Balcarek, prof. d. Berezae

1730, 2 sept. D. Theodorus Fromm, prof. et antiq. d. Berezae qui 50 an. laud.r vixit in ord.

1731, 8 maii D. Casparus Heptner } prof. d. Berezae

1732, 11 febr. D. Adolphus Stunck }

1734, 24 jan. D. Christianus Becker, prof. et procurator d.

1734, 30 jan. D. Felicissimus Brancher, prof. d. Leitzensis, hospes Berezae

1736, 14 oct. D. Ferdinandus Billig, prof. et Prior d., ac alias Prior d. Gidlensis, habens min. de B. M. p. [illegible]

1737, 8 apr. D. Carolus Pohl, prof. d. Gidlensis hospes Berezae

1739, 28 jan. D. Leonardus Jacquemotte } prof. d.

1740, 23 maii D. Stanislaus Haberman }

1743, 21 febr. F. Renatus Mencenteau donatus d.

1748, 10 julii D. Josephus Kristeli prof. et antiq. d., qui 54 an. 1.r vixit in ord.

1753, 27 febr. F. Stanislaus Krol conv. prof. d. Berezae

1753, 31 mart. D. Antonius Habicht prof. d. Berezae

1753, 3 aprilis D. Joan. Cink prof. et vicarius d. Berezae

1754, 25 jan. D. Benedictus Cidzik, prof. d. Berezae, hospes d. Gidlae

1756, 12 maii F. Matthias Podarewski, conv. prof. d. Berezae

1757, 8 julii D. Casimirus Peschke prof. et antiquior d.

1757, 7 aug. F. Franciscus Komorowski, conv. prof. d.

Series defunctorum d. Berezae

1654, 22 nov. D. Joan. ab. Hagen, prof. d. Moguntiae, Prior 1us d. Berezae

1666, 6 sept. D. Caspar Cochelius, prof. d. Dantisci, Prior 2us d. Berez. alias Rector d. Gidlensis

1671, 13 mart. D. Petrus Romerskirchen, prof. d. Malshamii, sacrista d. Berezae

1673, 3 febr. F. Paulus Lanski donatus d.

1677 .... D. Joannes Cliserat, novitius d.

1678, 23 julii D. Joan. Lubietowski, prof. d. Dantisci alias Prior Dom. Gidlensis et Berezae

1678, 27 oct. D. Josephus Bogdanowicz, prof. carlusiae, Prior d. Gidlensis alias Rector d. Berezae.

1680, 13 sept. D. Matthias Carp, prof. d. Rutilae, Procurator d. Berezae.

1681, 8 mart. D. Joan. Amphar, prof. d. Rutilae, Prior d. Berezae

1681, 7 mart. F. Matthias Hollinger, donatus d. Rutilae, hospes Berezae.

1684, 21 febr. D. Christianus Deutz, prof. d. Dantisci, vicarius d. Berezae

1690, 27 mart. D. Franc. Przinowak, prof. d. Olomucensis, procurator d. Berezae.

1693, 26 jan. D. Antonius Roder, prof. d. Berezae

1693, 15 dec. F. Samuel Urchorowicz, conversus prof. d. Berezae.

1697, 25 junii F. Dominicus, donatus d. Trevicensis, hospes Berezae.

1700 .... D. Wenceslaus Janik, prof. et antiquior d. Olomucensis, alias Prior d. Berezae.

1701, 6 jun. F. Joan. Bruno Buzicki, conv. prof. d.

1702, 16 jun. D. Bruno Gerend, prof. d. Dantisci, Prior d. Berezae.

1706 .... D. Julianus Sunderman, prof. d. Maurbaci, alias Prior d. Berezae

1706, 14 julii F. Ertmannus Hirtz donatus d.

1707 .... D. Hugo Hostert, prof. d. Berezae, vicarius in d. Freidnicensi

1708, 9 nov. D. Florianus Kossowski, prof. d.

1711, 7 julii D. Jodocus Opichal Chwalkowski, prof. d. Olomucensis, Prior d. Berezae.

1714, 16 julii D. Nic. Krzywobłocki 1us prof. d. Berezae

1715, 16 dec. D. Albanus Eich, prof. d.

1717, 24 dec. D. Christophorus Koczanecki, prof. d. Gidlensis, hospes Berezae

1719, 3 apr. D. Bernardus Poremski, prof. d. Ber.

1723, 6 julii D. Paulus Polaszek 1us prof. d. Gidlensis, hospes Berezae

1724, 17 jan. D. Georgius Wienkiewicz prof. et antiq. d. Berezae

1727, 13 mart. D. Jacobus Wiatrowski, prof. d. Berezae

1728, 13 mart. D. Joannes Foecher, prof. d. Dantisci, Prior d. Berezae

+ 1

J. M. J.

Catalogus Priorum

Cartusiae

Sanctae Crucis prope Berezam in Lithuaniâ.

1648

Series Priorum;

in quâ nonnulla in textu historiae omissa simul intercurrunt. –

1us 1648 ad 1654. – D. Joannes ab Hagen. – 1us Prior

1. – D. Joannes ab Hagen, Germanus ex gente illustri Lib. Baronum ab Hagen ortus, professus et procurator D. Moguntiae, primus hujus loci Rector a V. P. Visitatore provinciae Rheni, dato diplomate sub die 20 julii 1648, institutus est. Qui circa finem mensis novembris Berezam perveniens, morum honestate et vitâ exemplari mox in piissimi Fundatoris cor incidit. Hic jam anno 1650 a Capitulo gen. praefectus in Priorem hujus domus, multo sudore promovit novellam hanc plantationem. Sed cum aer Lithuanicus ipsi minus conduceret, expleto in officiis praesulatûs sexennio, erectis 6 cellis et parte ambitûs versus Aquilonarem plagam, positisque fundamentis Ecclesiae, die 22 nov. anno 1654, pie migravit ad Dominum, laborum suorum mercedem recepturus. Corpus ejus tumbae inclusum, juxta majus altare ad parietem Aquilonarem sepultum est. »

2us 1654 ad 1666. – D. Casparus Cochelius. – 2us Prior.

2. – D. Casparus Cochelius Gevirensis, professus D. Dantisci, olim Rector D. Gidlensis (1641 à 1647) primus procurator D. Berezae, post mortem D. Joannis ab Hagen, a V. P. Visitatore in Rectorem domus ejusdem institutus et mox a Capitulo gen. anni 1655 in Priorem praefectus est. Vir hic fuit prima planta Cartusiae Berezensis, illuc mense aprili 1648 missus: de quo Illmus Fundator sic rescripsit D. Priori Dantiscano: = V. Ptus Vro optime elegit P. Cochelium, idoneum sane pro hoc loco, et juxta cor meum: cujus experientia et agilitate erectio cartusiae Berezanae Deo adjuvante, cito consummari poterit. = Et ita revera factum est: Vix dici potest quantum vir hic in construenda et promovenda hac desudaverit. Ille locum aedificandae Cartusiae designavit; ille ante adventum primi Rectoris fundamenta jecit, ille D. Joanne ab Hagen Priore plerumque infirmante et ob belli saevitiam per aliquod tempus absente, ambitum cum 6 cellis a parte aquilonari perfecit, Ecclesiam in altum eduxit, perfectamque per Episcopum consecrari fecit, Altare majus, stalla chori erexit, ille Fundatorem Illmum in neo-consecrata Ecclesiâ sepelivit, monasterium vallis et fossis cinxit et munivit, cuncta denique ad Institutum Cartusiense spectantia diligentissime in ordinem redegit nec ante strenuus operarius in

vinea Domini desudare cessavit. Donec vergente vitæ vespera, a summo Patefamilias ad cœlestem dum æternæ beatitudinis denarium evocaretur. Quod factum est die 6 sept. Anno 1666. Vir hujus tantæ erat authoritas, tantaque probitatis ejus apud omnes opinio et omnium Procerum erga se affectum repraesse videretur; hinc et occasus ejus multorum animos contristavit. Tumbæ inclusus ante majus altare in medio chori sepultus est. Idem ob merita R^di P. Generalis concessit missam de B. M. per tot. ordinem. »

3us 1666 ad 1668. — D. Josephus Bogdanowicz. — Rector.

3. — D. Josephus Bogdanowicz, Lithuanus professus Cartusiæ majoris (24 junii 1658), procurator hujus domus, defuncto S. Caspero Priore, a R^do P. Generali per diploma datum 4 dec. 1666, Rector ejusdem institutus. Vir hic ante religionis ingressum Parochum agebat Volpensem, locitatus parimonum, Patrum Beregoviensium vita exemplari, mundum deserere statuit, compellentegue Spiritus Sti gratia. Parochiam resignavit, rebus suis disposuit et ad Cartusiam majorem perrexit ubi post ardentissimas instantias, ad noviatum receptus, et eo laudabiliter expleto, etiam ad sacram professionem admissus fuit. Biennio circiter ibidem exacto, cum in regulari observantia jam bene fundatus esset, tandem in Lithuaniam remissus est (circa finem anni 1659 vel initium 1660) pro subsidio novellæ plantationis Beregoviensis, et exercendo ibidem officio procuratoris, tum ob linguæ morumque gentis nec peritiam, tum ob antiquam quam cum pluribus magnatibus habebat notitiam, hactis hoc in officio annis 7 demum in Rectorem evasit. Sed uti Præpositurae onus in sæculo sustinere non potuit, ita multo magis superioris pastus in Sac. Ordine abhorruit. Vix Rector constitutus, protinus cepit multis precibus R^dum P. Generalem sollicitare de sui absolutione nec desiit, donec id ipsum in effectu assequeretur. Anno itaque 1668 ad suam magnam instantiam a Capitulo gen. a Rectoratu absolutus est, jussus nihilominus officium coadjutoris exercere, hoc quo munere exegit annos 3. Demum anno 1671 (1670) instituitur a R^do P. General. Rector Gidlensis et anno 1672 a Capitulo gen. prospicitur in Priorem ejusdem domus. In quo munere tandem vitam posuit die 27 oct. 1678. » Habuit missam de B. in tot ord. —

4us 1668 ad 1671. — D. Joannes Lubietowski. — 3us Prior. —

4. — D. Joannes a Lubtowen Lubietowski, nobilis Pomeranus ex districtu Lebaugensi, pro^us d. Bartisci et a 22 annis (1647 ad 1668) partim Rector, partim Prior d^e Gidlensis, per ch. Capitula gen.

A° 1668 a Gidlensi ad Berezensem Prioratum translatus est. In quo munere cum annos 3 exegisset per VV. PP. Visitatores in Actu visitationis a° 1671 mense Julio ab eodem absolutus est, quâ de causa non constat (vide ad an. 1671). Idem post absolutionem, adhuc 8 septimanis Berezoe haesit, deinde per obedientiam, Brunam ad hospitandum missus, ac non diu post Maurbacum translatus est. Ubi cum in sextum annum cum multâ laude Vicarium egisset, tandem concedentibus Superioribus, ad domum professionis suae, Dantiscum die 10 aug. 1677 reversus, ibidem in senectute bonâ diem clausit extremum 23 julii 1678, habuitque ex vi meritorum post mortem missam de B. M^a per tot. ord. »

5us 1671 ad 1681. – D. Joannes Amphar. – 4us Prior. –

5. – D. Joannes Amphar, prof^us d^r Rutilae, procurator domus hujus a VV. PP. Visitatoribus in Actu Visitationis mense Julio a° 1671, Rector ac demum per ch. Capituli gen. 1673 Prior domus hujus institutus est. Viri hujus tantâ apud extraneos fuit aestimatio, ut et ipsi Magnates quaererent ejus consortio et familiaritate posse perfrui, tamque paterne conventui praefuit et profuit, ut omnibus omnia factus esse videretur. Cellas aliquot cum ambitu a parte orientali et meridionali extruxit, confoederationem sacram precum cum RR. PP. Benedictinis Horodiszensibus iniit, tenuem domus suppellectilem multum adauxit, tandemque peractis in regimine 10 annis, quievit in pace 8 martii 1681, habuitque post mortem missam de B. M^a per tot. ord. – »

6us 1681 ad 1688. – D. Julianus Sunderman. – 5us Prior. –

6. – D. Julianus Sunderman, prof^us d^r Maurbaci, Vicarius d^r Olomucii, a VV. PP. Visitatoribus in Rectorem datus, ac mox per ch. capituli gen. anni ejusdem 1681 in Priorem domus hujus praefectus est. Berezam advenit 7 maii et post adventum chartae, die 1 septi anni ejusdem, in Priorem installatus fuit. Sub illo conventus divinum officium nocturnum incepit cum cantu persolvere et a 1 jan 1683 et tempore quadragesimali binas missas diebus festis et sabbatis (quod hactenus ob celebrantium defectum non fuit observatum) decantare secundum normam Statutorum. Idem nonnullis aedificiis cartusiam hanc auxit. Propter suas vero infirmitates domi rarus, vagando post sodalia gregum. Tandem ad suam instantiam propter infirmitates praefatas, ab officio Prioris, quod 7 annis gessit, per capitulum gen. anni 1688 absolutus, Brunam ad hospitandum

ibidem missus est. Hinc post aliquod tempus ad domum professionis suae Maurbacum translatus, quievit in pace. Obitum ipsius recenset ch. capituli 1706 his verbis: « obiit D. Julianus, prof.us D. Maurbaci alias Prior D. Berezae. »

7us 1688 ad 1695. – D. Wenceslaus Janik. – 6us Prior. –

7. – D. Wenceslaus Janik, Moravus, prof.us et procurator D. Olomucensis, per ch. capituli gen. a° 1688. Prior domus hujus institutus. Advenit Berezam die 27 julii, et chartam ipsemet attulit. Vir in promovendis spiritualibus et temporalibus rebus strenuus, jejuniorum Regni hujus aemulator austerus, oeconomus insignis, Rosarium diebus festivis pro prece serotinâ in Ecclesiâ cantandum FF. Laicis et familiae assignavit. Tandem exactis in officio Prioris annis 7 aetate grandaevus, a Capitulo gen. a° 1695 absolutionem petiit et obtinuit per ch. capituli ejusdem. Absolutus haesit adhuc 6 mensibus Berezae ob assiduas infirmitates, demum 20 mart. 1696 tametsi valetudinarius, cum socio Berezâ recessit, et jubente chartâ, ad domum professionis suae, Olomucium reversus est. Cujus obitum refert ch. capituli 1700 his verbis: « ob. D. Wenceslaus Janik prof. et antiquior D. Olomucensis, alias Prior D. Berezae. » –

8us 1695 ad 1702. – D. Bruno Gerend. – 7us Prior. –

8. – D. Bruno Gerend, Regiomonto Borussus ex Praedicante Lutherano ad fidem catholicam conversus, prof. et vicarius D. Dantisci, per ch. capituli anni 1695 Prior domus hujus institutus. Berezam advenit 26 julii, chartamque ipsemet attulit. Vir doctus et eloquens: in Academia Regiomontana olim Magister creatus, ac in candidatum ministerii (ut aiunt Lutherani) adoptatus, non diu post factus est Praedicans campestris in exercitu Ducis Curlandiae. Cognita demum falsitate, vocante Deo, die 17 junii 1675 in cartusia Dantiscanâ haeresim abjuravit et publicam s. fidei catholicae professionem fecit, ac devote instans prosui ad ordinem receptione, 16 julii ibidem incellatus est, et die 7 sept. habitum ordinis suscepit, atque expleto laudabiliter novitiatu, 8 sept. 1676 professus. Deinde 7 aug. 1679 ex dictâ domo Dantisci missus est per obedientiam Berezam cum 3 candidatis pro augmento istius conventus: ac inde iterum ad domum professionis suae rediit 17 jan. 1682. A° 1685 per ch. capituli institutus fuit Vicarius D. Dantisci, ac tandem a° 1695 Prior D. Berezae, uti supra dictum est. Vir hic ob morum gravitatem, raram doctrinam et eloquentiam magnatibus chorus,

multum huic domui profuit, cellas 4 in conventu aedificavit, turriculam super Ecclesiam erexit et tum hanc, tum illam laminis ferreis texit. Cultor specialis B. M.ae V.ni erat, in lectione et scriptione assiduus. Eandem exactis in officio Prioris 7 annis, animam coelo reddidit 16 junii 1702.»

9us 1702 ad 1711. D. Jodocus Opichal Chwalkowski. — 8us Prior.

9. — D. Jodocus Opichal Chwalkowski, moravus, prof.us et procurator d. Olomucensis, a V. P. Visitatore Rector domus hujus institutus, advenit 17 aug. et hoc ipso anno 1702 a R.do P. Generali per diploma in octobri datum, in Priorem praefectus est. Vir doctus sed ferme assidue infirmus. Adivit idcirco thermas, sed absque fructu reversus est. Multa belli tempore a Suecis, Moscis et Polonis perpessus, demum expletis 9 annis in officio, in pace quievit die 7 julii 1711. Vacavit abhinc Prioratus per annum et aliquot menses.»

10us 1712 ad 1728. — D. Joannes Foecher. — 9us Prior. —

10. — D. Joannes Foecher, Coloniensis, prof.us et coadjutor d. Dantisci, a R.do P. Generali Rector institutus die 4 dec. 1712, Berezam pervenit mense Januario 1713. Idem per ch. Capituli 1714 in Priorem praefectus est. Vir hic jam olim annis 9 vicarium d. Berezae egerat, et cognitionem rerum omnium domus istius possidebat. Religiosus exemplaris, oeconomus nulli hucusque in hac domo secundus, Fratribus charus, extraneis venerabilis. Cepit hortum majorem muro cingere, plura alia aedificavit et nihilominus arcam communem aere ad summum implevit. Perfuncto laudabiliter officio Prioris annis 15 pie obdormivit die 13 martii 1728, memoriam sui indelebilem relinquens.»

11us 1728 ad 1736. — D. Ferdinandus Billig. — 10us Prior. —

11. — D. Ferdinandus Billig, Bonnensis, natus 1674 pridie S. Ursulae, prof. hujus domus, Prior d. Gidlensis (1723 ad 1728), a conventu sub praesidio VV. PP. D. Caspari Ubigs Prioris d. Seitzensis ac Convisitatoris prov.ae, et D. Anthelmi Fournier Prioris d. Olomucensis, canonice absens electus 8 julii 1728 et 10 julii a Praesidibus, postmodum a R.do P. Generali per diploma in Priorem hujus domus confirmatus est. Electio haec in domo ista a sui fundatione prima fuit, electusque primus ex professis domus. Vir hic jam olim officia coadjutoris

et vicarii in hac domo, ac deinde Vicarii et Prioris in domo Gidlensi obiverat. Berezam pervenit mense aug. et 12 ejusdem ritu solemni installatus fuit. Sollicitus Prior ac Pater filiorum suorum, oeconomus haereditatis Xtae excellens, in adversis patiens, in prosperis humilis, pluribusque aliis virtutibus exornatus, 8 annis in Praesulatu exactis, mortuus est die 14 oct. 1736, non sine multorum luctu.»

12us 1737 ad 1738. – D. Dominicus a Bombek. – 11us Prior.

12. D. Dominicus a Bombek, nobilis Varmiensis, prof. et vicarius Ds hujus, a Rdo P. Generali per diploma in Priorem ejusdem institutus, die 5 martii 1737 installatus fuit. Vir hic varia antehac officia obiverat, sed in omnibus inventus est minus habens. Asceta optimus, sed sibi soli, non aliis natus. Vix Prior nominatus, cepit mox una cum toto Conventu multis precibus R.P. Generalem de absolutione sollicitare, quam et anno sequenti 1738 obtinuit. Jussus nihilominus tunc officium coadjutoris exercere. Sed et ab hoc precibus se redemit, cellae et quieti restitutus 7 aug. 1740, in qua usque hodie pie vivit.»

13us 1738 ad 1749. – D. Bruno Gorecki. – 12us Prior.

13. – D. Bruno Gorecki, Silesius Thessinensis, prof. et coadjutor domus, ex recommendatione Antecessoris sui, per ch. Capituli gen. 1738 in Priorem institutus, et 14 julii installatus est. Vir hic in saeculo in aulis Procerum stipendia meruit, aulicosque mores induit. Quos quidem in ingressu Religionis deposuit, sed Prior factus reassumpsit. Ao 1741 ascendit ad Capitulum gen. non rogatus: et sub hoc praetextu regiones exteras ultra medium annum maximis expensis pervagavit. Reliqua ejus gesta, prima et novissima, diligenter annotata sunt in Annalibus domus nostrae.» Hic desinit Annalista Berezanus.

Derniers prieurs de Bereza.

Ce qui suit est tiré d'un recueil composé par D. Palémon Bastin (7. Gene. 29). C'est la copie d'un ms. de Chartreuse contenant la liste des prieurs de toutes les maisons de l'Ordre depuis 1725 env. jusqu'à la Révolution. Il portait sur la couverture, à l'intérieur la cote au crayon NN. 122.

(disparu avant le classement de D. Médard Ilge.).

---

1. D. Ferdinando Billig professo d.s Berezae 5.a Dec. 1722.
2. D. Dominico Bombek prof ... instituto 11.a januar. 1737.
3. D. Brunoni Goretski professo et coadjutori d.s 1738.
4. D. Brunoni Kadau prof.o et coadjutori d.s Dantisci instituto in cap. 1749.
5. D. Paulo Zeisberger prof.o et procuratori d.s instituto 10.a déc. 1763.
6. D. Michaeli Joseph Nacelewicz prof.o et procuratori d.s instituto 5.a oct. 1779.
7. D. Andreae Korzenka prof.s et sacristae instituto in actu Visitationis a PP. Commissariis. 24.a sept. 1787.
8. D. Michaeli Joseph Nacelewicz prof.o et .... d.s instituto a Patre convisitatore Rectori 2.a oct., Priori vero a R.do Patre 29.a nov. 1788
9. D. Stephano Poutowski (Puslowski) prof.o et sacristae d.s instituto Rectori 6.a februar. 1789, a PP confirmatoribus ad electionem vocatis etc. Priori a R.do Patre 18.a junii 1790.

Ancienne adresse : « A M.r George Roykieviz maître de Poste, et metricante de Lithuanie à Varsovie ».

plus récente : Par Wesel, Berlin, Warsoviam, ad Cartusiam Berezanam.

Note : La Ch.se de Béréza, après la suppression des maisons d'Autriche en 1782 par Joseph II, a été annexée à la province d'Allemagne inférieure.

Historia
Centum annorum Cartusiae
Sanctae Crucis Berezanae,
in Lithuania sitae.

Primordia fundationis.—

Anno reparatae salutis humanae 1648, Innocentio X Summo Pontifice, Ferdinando III Romanorum Imperatore, sub finem Vladislai IV et initium Joannis Casimiri Regum Poloniae et Sueciae (Vladislaus obiit 20 mai 1648. Mercii in Lithuania, ioncujus locum eodem anno, die 17 nov. electus est Joannes Casimirus frater illius germanus), moderante universum ordinem Cartusiensem R^do in X^to Patre Leone Licier, ardente ubique Europa bellorum incendiis, absentibus in Gallia et Cinere, plurimis per Germaniam monasteriis, grassantibus in Polonia et Lithuania Cosacis ac Tartaris, misericors et miserator Dominus in tempore afflictionis cogitans cogitationes pacis, suscitavit spiritum Ill^mi ac Amplissimi viri DD. Casimiri Leonis Sapiehae, M. D. L. Procancellarii, ex avita gente et sanguine Sapiehanum Heroes (et si prudentiam, linguarum peritiam, consiliorum maturitatem, ac demum opum affluentiam spectes) facile in Lithuania Principis; ut aedificaret in ea Domum nomini suo, in usum Ordinis Cartusiensis, his regionibus hucusque prorsus ignoti, per quem deserta saeculorum alibi desolata reparaverit, et antiquatum multis in locis antiquorum monachorum religionis spiritum, per antiquum in Ecclesia Ordinem, primi et antiqui semper spiritus tenacem reformaret. Neque vivo ut in patriam pio, ita et in Deum religioso, surda ad hanc inspirationem fuere aures, neque ad pia vota in sinum reposita manus, sed statim ut sensit, consensit. Nam continuo patuit aditus Ordini, ratus se plurimum deberi Deo ter Optimo Maximo, quod Ordinem tot saeculis florentem, sibi soli ac primo in has primum regiones introduxerit; eoque modo plene ac tute divitias ac opes sibi concessas, desuper erogari, atque ad eo conservari posse, non nisi liberalitate ac munificentia Deum non superari, qui hereditatem vel minimam terrenamque substantiam sibi datam in infinitum augere, atque ita interminabili foenore multiplicatam, refundere in sinum offerentium solet.

Jam vero quis condigne enarrare poterit tot tamque gravia impedimentorum genera quae

infernalis hostis pissimo Illust.mi Fundatoris proposito annihilando protenderit? Instabant amici, ocgre ferentes tantam, fundationi huic necessariam, e manibus suis eripi substantiam; utque facilius non cessata ab Illust.mo Viro tota invita parerent, ad lenocinia convertat, proponebant Ill.mae conjugi juvenilem aetatem, spem prolium sibi multiplicandarum, tot ecclesias jam jam in tumulum redactas, ab ipso in pristinum vigorem restitutas, fundatum modo cum amplissimis dotibus annuisque redditibus Brestense societatis Jesu collegium, erectum virginibus Deo sacris monasterium (divina verum ait Schwengel); qui pro ipso ab Ill.ma conjuge teneerrimas ad Deum preces nocte dinque effunderent, divinam pro peccatis ipsorum (si quae forte ex humana fragilitate admissa erat) misericordiam implorarent, sanctorumque omnium patrocinio, omni sposita sollicitudine, aeternae vitae gaudia se consecuturos sperarent; quies erant procul dubio ab alterius nisi horum quae spoliatione, exiguas aliquin a nascituris sibi prolibus pro tanta in alienos effusa liberalitate gratiarum actiones relaturos. (amplificationes nimias ait Schwengel in nota)

Gravis profecto vis argumenti, quae tenacissimum quemlibet, nisi divina lux obfuscatas tenebras irradiasset, in mea conclusionis assensum pertrahere potuisset. Sed non est consilium, non est prudentia, non est sapientia contra Dominum, qui viri Ill.mi animum in sancto hoc proposito ita obfirmaverat, ut cuncta tartarei hostis tela sancto divini auxilio despiceret, eliderent inque ipsius caput retorquerent. Illi invidente illibatam Ord.nis Cartusiensis integritatem rodere non erubescentes, opus minus gratum ipsum Deo exhibiturum asserebant, si religiosos ejusmodi fundaret, qui omnem salutis alienae curam abjicientes, propriis tantum modo animas salvas facere conarentur, plus esse laborandum de publica totius populi salute, quam privatorum quorumdam in columitate, nequetantam requiri bonorum substantiam pro fundendis aliis religiosis, in despessam animarum curam gerentibus, utpote qui ad mendicandum Ord. S. Francisci etc... aut ex officiis sibi assignatis annuos reditus recipientes, honestam totique communitati utilissimam vitam ducere possint. Quis non videt rationibus adeo evidentibus Ill.mum virum suum sententiae submisisse, et in earum assensum abiisse? (amplificationes nimias ait D. Schwengel)

Sed mansurum (multum diu mansurae spei) Cartusianorum silentium, idem idem, tam dulci clangore in auribus pissimi Fundatoris resonabat, ut gerenda hominum sanctum hoc propositum ex ipsius corde evellere conantium verba latratusque minime percipiebat, aut si quando ea relata percipiebat, pertinaci ac penitus contemnebat. Considerabat enim vitae

Cartusianae rigorem, cilicii asperitatem, officii tam diurni quam nocturni prolixitatem, perpetuam a carnibus abstinentiam, segregatam ab omni humano concursu vitam, rigidissimae usque ad emissionem animae durantis poenitentiae opera. Quae cuncta ut non tantum nuda consideratione menti suae imprimeret, sed vivo magis Cartusianorum edoceretur exemplo, Dantiscum, ubi cartusiensem Institutum florere cognoverat, visitare decrevit; ibique praesens (A° 1646) non solum consolationem sui propositi audire meruit, sed etiam redux domum ex Dantiscanâ Cartusiâ Paradisi B.V.M.ae confirmationem praeteritae consolationis, hisce litteris obtinuit:

1646. Epistola Patrum Cartusianorum Gedanensium ad Illustr.mum Fundatorem.

Pax X.ti, animae corporisque salus ac omne bonum

Illustrissime ac gratiosissime Domine Dne Sapieha, Nos minimi Fratres Carthusienses Paradisi B.V.M.ae prope Dantiscum Prussiae, plurimum in Domino gratulamur, quod Ill.ma sua sublimitas non solum nos devote ac benigne invisere dignata sit, verum etiam sibi in caeremoniis, ritibus, habitationibus ac solitudine Cartusiensium optime complacuisse, manifeste indicaverit, quin imo nonnullam mentionem fecerit se novam Cartusiam in magno Ducatu Lithuaniae exstructuram. Quamvis vero minimus Ordo Cartusiensis nunquam sollicitus fuerit, ut cartusiae multiplicarentur, sed potius vigilantissimus extitit, ut ex justissimis oblationibus, redditibus ac optimo jure Cartusiano jam susceptas, strenuissime tam in spiritualibus quam temporalibus defenderet atque conservaret. Unde vix legitur; quod ullam unquam cartusiam S. Ordini incorporatam perdiderit, nisi quas furor haereticus abstulit. Nihilominus si vel sua sublimitas, vel alius honorabilis Patronus prope Vilnam, M. D. L. metropolim, fundare cartusiam proponeret, memorato Ordini rem gratissimam praestaret: potissimum quoniam Vilnae celeberrima Academia est, ex qua numerosiores studiosi Cartusiam peterent, quam suscipi possent: quod unicum fulcimentum esset, siquidem iidem studiosi istius regionis aeri assueti, sanissime ac robusto corpore alacriter die ac nocte, laudes Deo debitas decantarent, imo professi hujus cartusiae omnes eo primitus mitti optarent. Porro quandoquidem minimus Ordo cartusiensis in his regionibus vix notus est, paucos Magnates, Principes ac monarchas proferam, qui jam olim, vel nostro tempore Cartusias extruxerunt, quidam etiam in Ecclesiis earumdem sepulturam elegerunt.

Occurrit primo Richardus (Henricus II) Rex Angliae, qui ante 500 an. cartusiam (Withemiae)

exstruxit, convocans ad eam ex summâ Cartusia S. Hugonem postea Episcopum Lincolniensem, miraculis illustrem. Sileo plures Reges Angliae atque Hungariae, qui plures cartusias fundarunt.

Ottocarus primus Dux Stiriae, a° 1165 (anni quingenti sunt minus 19) jam aedificaverat Cartusiam Seitzensem, qui in sacristia ejusdem est sepultus.

S. Ludovicus Rex Francorum, qui inter Reges christianos amplioris sanctitatis nomen obtinuit, ante 400 circiter an. (a° 1257) amplissimam Parisiensem Cartusiam pro 40 personis fundavit; cujus sapientissimi Regis dictum observatum fuit; nam dum quidam suggererent, pro tot personis redditus non sufficientes videri? respondit: si Cartusiani boni futuri, sufficientes redditus sunt; si vero mali, nimis multi. Coronatus fuit a° 1226, obiit a° 1270.

Quatuor Summi Pontifices Romani cartusias exstruxerunt: Innocentius III ante 430 an. (a° 1211) fundator extitit in Italia cartusiae S. Bartholomaei de Trisulto. Innocentius VI aedificavit Cartusiam Vallis benedictionis (alias Villae novae prope Avenionem a° 1356) sepultus in Ecclesia ejusdem. Joannes XXII ante 300 an. circa 1325 (1318) exstruxit cartusiam Boni passus prope Avenionem in Gallia, ac in ejus Ecclesia tumulatus est. Urbanus V Romanam cartusiam erexit S. Crucis in Hierusalem (a° 1369) quae translata ad Thermas Diocletiani, B. M.ae de SS. Angelis nuncupatur. Fridericus Pulcher, Rom. Imperator prope Viennam Austriae ante 300 an. (1313) exstruxit cartusiam Maurbacensem, ibidemque in choro monachorum sepultus est.

Albertus Sapiens (is Viennae S. Stephani Ecclesiae turrim notissimam aedificavit) Archidux Austriae etiam fundavit Cartusiam Gemnicensem ante 300 an. (a° 1332) ibidem in choro sepultus.

Balduinus Archiepiscopus Treviriensis, Princeps Elector, filius Henrici Imp. Luxemburgici, aedificavit cartusias Treviriensem et confluentinam, circa an. 1312: cujus exemplo provocatus nepos ejus Henrici Imp. filius, Joannes Rex Bohemiae exstruxit cartusiam Pragensem ante 300 annos (a° 1341), ex qua Pragensi cartusiâ primae plantulae ad hanc cartusiam Paradisi B. V. M.ae in Prussiam prope Dantiscum (a° 1381) translatae sunt.

Porro diebus nostris, plures in Hispania et Gallia cartusias construxerunt: Dux Lotharingus prope Nancaeum. Alii 3 cartusias magni nominis in Gallia. Demum Austriacus Augustissimus Rom. Imper. Ferdinandus II, majestatum, modo regnantis Ferdinandi III et Ciciliae piae memoriae Reginae Poloniae amantissimus Pater, in vicino regno Bohemiae post obitum Alberti Ducis Fridlandiae, fuit amplissimae cartusiae fundator, dictae castrum B. V. M.ae in Waldic prope civitatem Gitschinensem.

Et haec non jactantis animi attuli, sed sponte ad bonum opus currentem confirmantis. Verum quoniam hilarem datorem diligit Deus, juxta Apostolicam doctrinam, nullatenus pietatis opus ex tristitia vel necessitate procedere debet; sed ex spontanea, promptissimâ animi voluntate ac hilaritate cordis. Si sic sua Sublimitas esset animata ac statueret Cartusiam erigere, atque in ejusdem Ecclesiâ sepulturam cum suis eligeret; haberet illustria memorata exempla, quorum vestigiis insistere nulli magnati indecorum esset. Opto Ill^mam Sublimitatem in Dño bene valere, et hanc praesumptionem in meliorem partem interpretari, quam a Domino mihi condonari spero, si aliis non inutilem esse cognovero.» Ita Annales domus Berezanae qui infra continuabuntur. — Quod sequitur incertum est à D. Schwengel sic dicente:)

§ «Post aliquod tempus cum iidem Patres Cartusiae Gedanensis (Dantzig) ex multis argumentis animadverterent voluntatem Ill^mi Procancellarii in primo suo proposito fundandi Ordini nostro monasterium in Lithuania perseverantem et bene stabilitam, R^dum Patrem suum Generalem de his omnibus certiorem reddiderunt, datis litteris die 10 aug. 1646, a quo meruerunt sequens gratiosum rescriptum:

Jocb 1646. — R^dus P. Generalis committit Priori D^s Dantisci negotium novae fundationis in Lithuaniâ.

Ven. in X^to P. Vestrae 10 aug. ultimo praeteriti scriptae, non mediocrem mihi attulere consolationem: intelligenti per eas Ill^mi Vice Cancellarii summum illum affectum, quem (haud dubium id Spiritu S. inspirante et dirigente) concepit ex nostrorum statutorum lectione erga Ordinem nostrum. Laudo plurimum vestram prudentiam, qua distulistis scribere de iis, quousque animadvertistis certis argumentis voluntatem praefati Ill^mi Vice Cancellarii in primo suo proposito fundandi nobis monasterium perseverantem et bene stabilitam. Porro non est cunctandum convenire praefatum Ill^mum Dominum, ut post humilem gratiarum actionem, illi plane et aperte omnes necessarias conditiones pro fundatione et aedificatione unius monasterii Ordinis patefacere, juxta ea quae in statutis praescribuntur. Quibus auditis, de loci delectu agendum erit. In iis autem omnibus tractandis et faciendis, do vobis plenariam et absolutam facultatem utendi operâ P. Rectoris Gidlensis et officialium seu procuratorum vestrorum, sic tamen, ut nihil agant in praefatis nisi de consilio seu directione vestra, hoc est, omnino ad vestrum nutum et voluntatem. Sane laetus morerer, si ante obitum meum liceret mihi videre in regno vestro unam domorum Ordinis provinciam integram surrexisse. Deus autem, a quo

bona cuncta procedunt, omnia feliciter ad suum honorem, gloriam et Ordinis incrementum dirigere dignetur, vobisque et omnibus vestris abunde benedicere.

Cartusiae 7 oct. 1646. Vester in Dño amantissimus confrater, F. Leo Prior Cartusiae.

P. S. — Inclusam epistolam scribo Illmo DD. Vicecancellario juxta monitum vestrum; quam lectam sigillo appenso claudetis et firmabitis, et post ipsemet eam ad ipsum deferetis, si possibile, ut judicium de ipsa ex proprio ipsius ore accipiatis.

7 oct. 1646. — Idem Rdus P. Generalis gratias agit Illmo Procancellario pro oblatione novae fundationis.

Illme Domine: Audita nudius tertius per litteras P. Prioris Cartusiae nostrae Dantiscanae, B. V. Paradisus nuncupatae, novâ illâ vestra, haud dubie coelitus delata, in nostrum Ordinem Cartusiensem propensione, non quivit spiritus meus vel ad momentum quiescere, aut sibi temperare, quin post humiles Deo Patri luminum, a quo omne bonum et omne datum optimum descendit, vestrae Illmae D. significarem quantum et quam magnum hinc gaudii, singularisque affectus erga ipsam conceperim cumulum. Sane ex tunc visum est mihi Deum audire vestram Illmam D. tanquam alterum religiosissimum Davidem sic affari: Quod cogitasti in corde tuo aedificare domum nomini meo, benefecisti hoc mente tractans. Nam sicut Deus pro tam mirabili et sumptuoso ac splendidissimo templo postea erecto et consummato ab ejus sapientissimo filio Salomone in gloriam et honorem nominis sui, ad ipsius orationem universo populo Israel copiosissime benedixit, ita in hoc novo asceterio ad educamatae pietatis tuae munificentia jamjam fundando et aedificando, ipsa divina Majestas ad preces famulorum suorum ibi die ac nocte suas laudes concinentium, et pro totius regni prosperitate orantium, oculos suos super domum Regiam firmabit, singulariterque M. L. Principatum seu Ducatum protectionis suae insuperabilis scuto circumdabit, ac vestram Illmam Dominationem pro tam bono et tam digno suae pietatis opere florentem diutissime conservabit fovebitque. Hoc enim modo precatur et jugiter deprecabitur. Vestrae Illmae Dominationis humillimus et obedientissimus servus.

Fr. Leo Cartusianorum Generalis — ex magnâ Cartusiâ 7 oct. 1646.

§ Ex praemissis ternis litteris evidens patet Illmum Procancellarium, non anno 1648, ut in exordio historiae hujus pronuntiatur, sed anno saltem 1645 jam a Deo excitatum fuisse ad erigendam Ordini Cartusiensi domum in Lithuania. Revera ad annum 1646

in hoc pio proposito jam ita firmatus fuit, quod id pietatis opus quantocius ad effectum deducere ardenti zelo conabatur. Circa initium anni 1646 Ill^mus (qui in illo tempore in urbe Dantiscana moras nectere et adventum sponsae Regiae praestolari adstringebatur, teste Floro Polonico, qui de hac re sic ait: Anni 1646 initia solenni in Prussiam ingressu Sponsae regiae, Ludovicae Mariae Principis, Niverno Mantuanae celebria fuere. Cui apud Olivense monasterium... splendidissimo imprimis paratu, Casimirus Leo Sapieha, Procancellarius M. D. L. missus a Rege occurrit. Inde festivissima solemnitate Gedanum 10 februarii deducta est.) invisit (uti jam supra dictum est) Cartusiam Gedanensem, non alio utique fine, quam ut conceptam dudum ideam fundandi in Lithuania monasterii ejusdem Ordinis, ex re oculis subjecta, arctius menti imprimeret. Neque sola exteriore lustratione contentus, intima etiam nosse cupiens, exposcit ab Inquilinis ejusdem Paradisi Mariani Statuta Ordinis ex quorum lectione protinus in suo proposito ita solidatus est, ut abinde multo fervore niteretur illud quantocius effectui dare. Evocavit idcirco in autumno 1646 ad se (ubi locorum non satis compertum habeo) D. Philippum Bolman Priorem cartusiae Dantisc. et cum eo serio tractavit negotium fundationis. Cujus colloquii resultatum idem Prior illico R^do P. suo Generali sub die 19 nov. transcripsit, responsumque accepit hujusce modi:

17 februarii 1647. — R. P. Generalis committit Priori D^s Dantiscanae authoritatem disponendi circa novam plantationem.

Ven. in X^to P. Nuduis tertius accepi litteras vestras sub 19 nov. ultimo elapsi scriptas, quibus intellexi colloquium, quod novissime habuisti cum Illmo Vicecancellario, futuro novae Cartusiae fundatore, in quo vobis confirmavit hanc suam bonam voluntatem et propensionem magnam in Ordinem. Jam a multo tempore respondi praecedentibus litteris vestris simulque scripsi epistolam praefato Illmo Vicecancellario pro gratiarum actione suae tantae in nos devotionis, cujus etiam nunc cursus copiam hic inclusam mitto, illi tradendam, si aliquo casu aut infelicitate primae nostrae litterae detentae, perditae vel impeditae, ad vos pervenire nequiverint. Insuper mitto hic novas patentes quarum virtute transfundo in vos omnem auctoritatem nostram, ut sic omnia plene et absolute disponere valeatis circa novam hanc plantationem, prout melius judiceveritis expedire ad honorem Dei et decorem Ordinis. In omnibus etiam tentartes pro viribus respondere piae voluntati dicti Ill^mi Vicecancellarii. — Cart^ae 17 februarii 1647 — Fr. Leo Prior Cartusiae —

16 febru. 1647. — Instrumentum commissionis. —

Fr. Leo Prior Cartusiae ac totius Cartusiensis Ordinis Minister Generalis Ven. in Xto P. D. Philippo Bolman Cartusiae Dantisc. Paradisus B. Mae nuncupatae, Priori, salutem in Domino et paternam benedictionem. Intelleximus ex litteris vestris pium et vere magnificum Illmi DD. Casimiri Leonis Sapieha M. D. L. Vicecancellarii propositum ac voluntatem novae cartusiae fundandae et aedificandae: quod quia Spiritus Sti afflatu haud dubie conceptum putavimus, debita cum gratiarum actione et animi alacritate suscipientes, opportunum duximus quo res tanta majori cum dignitate et securitate ad Dei gloriam et Ordinis incrementum felicem exitum sortiatur, specialem vobis ad eam pertractandam, facultatem facere. Et ideo tenore praesentium vobis, de cujus zelo ad ea quae Dei et ordinis sunt, ac pietate plene confidimus in Domino, omnem authoritatem nostram et Capituli nostri gen; super annum in nos transfusam impertimur. Cujus vigore assumptis, quos ad id judicaveritis idoneos, domus vestrae vel novae plantationis in Gidlen Rectore vel officialibus, praefatum Illmum D. Vicecancellarium adire, et cum eo tractare et convenire de eligendo loco a cohabitatione hominum debite segregato, et instituto nostro ac secessui opportuno, de construendis aedificiis ac redditibus assignandis, et omnibus aliis circumstantiis et conditionibus juxta praescriptum et normam Statutorum nostrorum ad novam Ordinis nostri domum formandam requisitis, nostroque et totius Ordinis nomine ad effectum praedictorum quoscumque contractus legitimos celebrare licite et valide possitis. Et generaliter omnia agere, facere et gerere, quae dicto novae fundandae cartusiae ad formam Ordinis necessaria judicaveritis. In quorum fidem praesentibus subscripsimus et sigillum consuetum apponi jussimus. (Cartae die 16 mensis febru. a° 1647)

Fr. Leo Prior Cartae et Generalis Ordinis (L.S.) Fr. Joannes Chauvet Scriba Rdi Patris.

1647. — Litterae ternae Rdi P. Generalis ad Priorem Ds. Dantisc. in eodem negotio.

1a. — V. in Xto P. Etsi jam parum effluxerit temporis, a quo rescripsi vobis et satisfeci plene mihi in ultimis litteris vestris propositis dubiis circa novam cartusiam in finibus provinciae Lithuaniae aedificandam et fundandam ab Illmo Vicecancellario, nihilominus nunc adducor haec pauca de novo scribere, ob litteras P. Rectoris (D. Caspari Cochelii) novae plantationis in minori Polonia nobis directas sub 10 Jan. ultimo elapsi, in quibus duo a me postulat: nempe ut absolvam eum a Rectoratu suo propter sibi infensum Fundatricis animum; alterum: ut subrogem

in locum ejus, quendam ex vestris religiosis, nobilem Polonum, nomine D. Joannem Lubcetowski. Ego vero per inclusas illi respondeo me nihil in hac re facturum sine consilio vestro. Et ideo necesse est ut quamprimum referatis mihi quod vobis videatur de ista proposita dispositione, quatenus omnia prudenter et ex certa scientiâ dirigantur ad honorem Dei, bonum Ordinis et uniuscujusque privatam consolationem. Cartae 17 martii 1647. — Vester in Dno confrater, Fr. Leo Prior Cartae

2a. — V. in Xto P. nuper certiores vos reddidi de receptis, una simul cum responso Illmi Vicecancellarii Lithuanici, vestris litteris ..... Promotionem autem novae plantationis in Lithuanico solo commendare vobis de novo, superfluum arbitror, cum id certissime sciam esse maxime cordi. Sed et plurimum gavisus sum, audiens quod nostrae patentes, quibus datur vobis omnimoda potestas agendi et disponendi negotia, prospere pervenerint ad manus vestras ..... Interim Deum oro, ut vos cum omnibus curae vestrae commissis abunde benedicat

Cartusiae 9 Junii 1647. — Vester in Domino amantissimus confrater — Fr. Leo, Prior Cartae

3a. — V. in Xto P. Vestras sub 21 maii ultimo elapsi exaratas et nobis directas nuper accepi; ex quibus intelligo vos quamprimum Illmum Vice-Cancellarium Lithuaniae accessuros pro tractando negotio novae ab eo fundandae Cartusiae; Deus ipse bonorum operum omnium Author et principium det vobis iter prosperum felicemque exitum hujuscemodi negotiationis vestrae. Parum non parum vobiscum miror, quod P. Rector Gidlensis, qui toties et tam ardenter hactenus petiit a nobis absolvi a suo Rectoratu, modo vereatur fieri sibi misericordiam; verum jacta est alea, quum per Capitulum gen. amotus est ab hoc officio. Dispositio autem pro successore instituendo relicta est vobis, sicut in dicti Capituli charta plenius et fusius habetur, (sic ch. Rectori novae plantationis in Polonia (D. Casparo Cochelio) ad suam instantiam fit mia: Et committimus curam domus illius D. Priori Dantisci). Cum autem praefatus Pater apud vos morari inveniatur, facile poteritis illum vivâ voce post lectam chartam suae ad votum concessae absolutionis capacem reddere. Caeterum jam ut speramus patentes nostras recepistis, quibus datur vobis amplissima facultas disponendi omnia, quae occurrerint negotia, tam circa domos, quam earum personarum, prout melius expedire videbitis ad honorem Dei et Ordinis bonum.

Cartae 14 julii 1647. — Vester in Dno amantissimus confrater, Fr. Leo, Prior Cartusiae

§ Vigore commissionis denuo sibi impertitae D. Philippus Bolman Prior Dr Dantisci adhibito socio, circa initium Autumni 1647 secundo iter in Lithuaniam suscepit: quo cum pervenisset, intellexit Illmum Fundatorem legatione Regia in Moscoviam fungi, et ad id jam itineri se dedisse.

Misit idcirco festinanter nuntium post ipsum, et datis litteris, adventum suum humiliter insinuavit, quidque rebus sic stantibus sibi agendum esset, mandata expetiit. Vir desideriorum Ill^mus Fundator tametsi severioribus regni negotiis conglomeratus, respondit gratiose, et ex ipso itinere Plenipotentem bene instructum dimisit, quocum negotium fundationis auspicari possit. Quarum litterarum tenor hic est:

10 oct. 1647. – Ill^mus Fundator substituit Plenipotentem ad tractandum negotium fundationis.

Ven. et admodum R^de in X^to Pater amice honoran^me. Non diffiteor equidem plus fuisse praestituram paucis diebus personalem cum R. P. vestrâ conferentiam meam in eo negotio, quod Divinae ordinationi subjeci supplex, quam si per delegatos integro mense agerem; tamen quia temporum ministri sumus, neque profectio mea in Russiam differri in tempus aliud potuit: quae coram agere oportuisset, ea generoso Stanislao Hilchen, quem Vilnâ missurus eram, ex ipso itinere ad R. P. vestram dimitto, pro tempore instructum, et a R. Paternitate vestra instruendum, quo felicius cum Dei gratia auspicari negotium possimus. Faxit Omnipotens bonorum omnium largitorem R. P^tem vestrae suffragiis spero me obtenturum. Ejusdem favori et gratiae me et mea ex animo commendo officia.

Dat. Minsci 10 oct. 1647. – Casimirus Leo Sapieha Vicecancell.

§ Accepto gratioso hoc rescripto, D. Philippus Prior et commissarius Ordinis, consideravit protinus dispositionem locorum fundandae cartusiae ab Illmo assignatorum, pepigit cum Plenipotente ratione dotis et materialium pro futurâ fabrica, suscepit oblationem Ill^mi Fundatoris ex nomine totius Ordinis; denique rem omnem usque ad intromissionem possessionum donatarum (quas ob defectum personarum pro tunc adire non poterat) feliciter promovit, ac demum peractis his, domum reversus, illico R^dum P. Generalem, datis litteris 20 nov. 1647, de omnibus certiorem reddidit. Ad quas tale meruit responsum:

2 februarii 1648. – Responsum R^di P. Generalis ad D. Priorem D^s Dantisci super negotio Fundationis.

Ven. in X^to P. Vestras nobis 20 mensis nov. ultimo elapsi directas nudius tertius recepi, non sine magna animi mei exhilaratione intelligens per eas vos negotium novae in Lithuanico vel potius Ruthenico solo aedificandae cartusiae feliciter promovisse. Deus pro sua immensa bonitate quae restant, perficiet, cum ad hoc nihil aliud modo desideretur quam declaratio et consensus Ill^mi Fundatoris. Vestrum erit omnia ad operis perfectionem necessaria et sua maximâ munificentiâ digna bene et distincte proponere, ne post semel ad votum concessa, iterum

alia de novo petere cogamur. Non dubito quin per novi Procuratoris institutionem ad nutum Illmae Fundatricis factam in domo Gidlae, omnia feliciorem quam hactenus promotionem sortiantur. — Cartusiae 2 februarii 1648. — Fr. Leo, Prior Cartusiae.

18 Aprilis 1648. — D. Prior Dantisci subdelegat duos Patres Ordinis ad adeundam possessionem bonorum oblatorum, et auspicandam novam domum in Lithuaniâ.

Fr. Philippus Bolman Prior Cartusiae Paradisi B. V. Mae in Prussiâ, vobis ven. in Xto Patribus DD. Joanni Lubietowski Rectori Cartusiae Gidlensis et Casparo Cochelio professo Cartusiae Paradisi B. V. Mae salutem in Domino. Vigore impertitae mihi authoritatis ab A. Rdo D. Leone Eixier Patre Priore Cartusiae majoris, totoque Capitulo gen. Ordinis Cartusiensis, jam binis vicibus satisfaciendo desiderio Illmi Casimiri Leonis Procancellarii Lithuan. adhibitis sociis, Lithuaniam profectus, consideravi dispositiones locorum futurae fundandae Cartusiae a praefato Illmo assignatorum, reperique dotem sufficientem oblatam, uti et locum aptum ab hominum concursu separatum, materia pro futura fabrica facienda instructum, ita quod oblationem Illmi Procancellarii acceptandam judicaverim. Et quoniam ob defectum personarum possessionem bonorum donatorum adire pro illo tempore non valui, et alia quaedam peragenda intercedebant, quae in instanti complanari non poterant; ideo inhaerendo authoritati Rdi Patris totiusque Capituli gen. et instructioni ejusdem, Te ven. Patrem Joannem Lubietowski, addito socio V. P. Casparo Cochelio in Lithuaniam mittendum duxi, dans omnem potestatem mihi concessam ut ea quae a me imperfecta sunt relicta, perficiatis: possessionem bonorum oblatorum adhibito consilio virorum peritorum, nomine Ordinis nostri et meo apprehendatis, ipsiusque Claustri juxta formam Ordinis et Statutorum nostrorum aedificandi initium faciatis; ita tamen si quid omnino difficile intervenerit, ad consilium meum recurratis. In quorum fidem praesentibus subscripsi, et sigillo officii mei obsignavi.

Dat. in Cartusiâ Dantisci, 18 aprilis A.D. 1648 (L.S.) Fr. Philippus Bolman Prior Cartae Paradisi B.V.M.

§ Delegatos hos DD. Joannem Lubietowski et Casparum Cochelium prof. Cartusiae Dantisc. quorum hic primum alium Ds Gidlensis Rectorem et Initiatorem egerat, ille actu ejusdem domus Rectorem et Promotorem agebat, adeoque ambos rerum experientia claros, advenientes Illmus Fundator benevole excepit, eosdem in bona novae fundationis designata gratiosissime intromisit, de coacervandis materialibus ad fabricam novi monasterii mox ordinationem fecit, ab Illmo Loci Ordinario approbationem et confirmationem fundationis hujus impetravit, reliquaque omnia

quæ restabant, complevit et perfecit.

Sed quod mireris, subdelegati hi locum pro ædificanda Cartusia a commissario principali, D. Philippo Priore Ds Dantisc., anno proxime elapso designatum et electum commutarunt, aliumque prope oppidum Bereza, in quo hodie splendidum illud Sapiehanæ munificentiæ opus oculis occurrit, assignarunt. Peractis negotiis, revertentes ad propria delegatos Illmus Fundator comitatur insigni commendatione, illorum facta circa commutationem loci in meliorem sensum apud D. Priorem Ds Dantisc. interpretatur, petitque ab eodem obnixe, ut in hisce initiis 6 saltem Patres pro auspicando divino officio et introducenda regulari observantia illuc quantocius mittantur, et ne P. Casparus inde avellatur.

1 Junii 1648. — Epistola Illmi Fundatoris ad Priorem Ds Dantiscanæ de initiis domus Berezanæ. —

Ven. in Xto P. D. et Amice honoran.me. Non refert, ut exscribam R. Paternitati vestræ quod egerimus quoad erectionem eremitorii Brunoniani cum delegatis ad me R. P. Rectore et R. P. Gasparo; ipsi denuntiabunt uberius tam hucusque spectata et considerata quam consummanda. Ego pro affectu et observantiâ mea erga Ordinem, secutus placitum RR. PP. recessi a Szydłowicza et Hawienowicza, ubi excitare domum vestram paratus eram, et Berezam concessi libenter, quam Patres ipsi commodiorem multis nominibus judicant fore. Deo favente, postridie primas pro templo et monasterio delineationes cum Illmo Nuntio Apostolico, qui his diebus apud me moratur, lustravimus. Idem Illmus lapidem primum fundabit sub titulo Stæ Crucis, sanctorum quoque Josephi et Casimiri. Locus hic in diœcesi Brestensi sub Episcopatu Luceoriensi jacet. Consensum ab Illmo Episcopo Andreâ Gembicki jam obtinui. Commissarius suæ Illustritatis lustraverat sufficientiam provisionis. Porro integrum esset, si R. Ptas vestra dignaretur submittere plures personas, ut negotium istud sacrum infantiæ suæ succrescere incipiat, quo deinceps facilius in toto perficiatur cum Dei gratiâ, quam sacris orationibus RR. Ptatum Vestrarum exorari plurimum cupio; me vero ipsum favori R. Ptatis vestræ ex animo commendo. Rogo ut in hisce initiis non sit minor Patrum numerus sex personis, quod tamen in arbitrio R. P. permitto. P. Casparum ne hinc avellant, peto obnixe.

Dat. Rosanæ 1 junii 1648. Rtiæ vestræ obsequentissimus Amicus et servitor.

Casimirus Leo Sapieha Procancellarius magni Ducatus Lithuaniæ

¶ Acceptis his litteris relationeque a subdelegatis facta de opere consummato, D. Prior

domus Dantisci illico rem omnem significavit R^do P. Generali et VV. PP. Visitatoribus provinciae Rheni, petiitque ad hanc novam plantationem mitti personas aliquot Ordinis pro introducenda disciplina ejusdem. Huic desiderio cito satisfactum est.

20 julii 1648. — Mittitur Berezam pro prima plantatione Rector cum aliis personis Ordinis.

Ven. ac Religioso in X^to P. D. Joanni Hagen Cartusiae Moguntiae professo ac Procuratori salutem et per obedientiam vitam consequi aeternam. In quo Ill^mus Vicecancellarius Lithuaniae DD. Casimirus Leo Sapieha, Deo inspirante, ad Ordinis nostri augmentum et decorem, cartusiam novam aedificare et dotare voluit, atque huic operi gnaviter incumbit, ac insuper pro principio 6 personas exoptat, quas Cartusia Dantiscana subministrare non valet; hinc est, quod aliquas ex prov^a submittere permotus fui. Itaque charitati tuae, de cujus zelo et fervore mihi constat, vigore harum per sanctae obedientiae virtutem injungo, ut his acceptis, quamprimum te ad iter versus Lithuaniam conferas, atque ibidem Rectoris officio fungaris, et fundamenta hujus novae plantationis tam in spiritualibus quam temporalibus juxta laudabile Ordinis nostri institutum cum omni religiositate et industria colloces, a Deo percepturus juxta meritum et laborem coronam vitae aeternae. Insuper adjungo V. Paternitati tuae in comitem religiosum P. Carolum Wolschleger cartusiae Treviriensis professum sacerdotem. In quo autem iter hoc arduum et periculosum, rogo imprimis Omnipotentem Deum, pro cujus nomine hoc iter ingredimini ut vobis benedicat, et Angelum suum sanctum mittat, qui vos praecedat et ab omni malo praeservet.

Dat. Coloniae 20 julii A^o 1648. — (L. S.)

Michael Arnoldi Prior Cartusiae Treviriensis ac visitator prov^ae Rheni et Saxoniae.

12 sept. 1648. — Ill^mus Fundator gratias agit D. Priori Dantisci pro curis impensis. —

W Bodze Wielebny Mści X^ze Przeorze Gdanski, Wziąwszy tu dnia dzisieyszego wiadomose z Listem Wmci o nadesłaniu do Berezy dwoch Kapłanow, wielce sobie gratulor, y Wmo za pilne staranie de propaganda colonia tey fundaticy pilno dziękuię. Day Boże prętko dię, Oyczyznie tey expedowac z rozruchow Kozackich. Nadzieie, mamże Wmść nie omieszkasz wię, cey Kapłanow nadesłac. Jmci X. Kochelius a przyperitiei, ~~ktora~~, Wmść barzo dobrze y zgodnie do mieysca tego, y juxta cor meum, a zaprawde przy peritiey, ktora, mu Pan Bog dat' secundowac go y sama ochota musi, ze da li Bog prętko erectia Klasztoru Berezkiego, y iesli tak się Wm^m zdac będzie, za dozorem y Oeconomia, iego inchoari y consummari moze. Więcey in praesenti nie daie mi czas o tym confere z Wmscia, prosze pilno, abyś

mię w Łasce swey chowat y nie przeponiędt inter sakra Altaria zyczliwego sobie et sacro ordini Pytta y Skugy. Dat. w Stonimie d. 12 sept. 1648

Wmści y PM z Skuga Kmęg Leo Sapieha Podkanc. W. X. L.

P.S. Barzo zięge, aby budinku y fabryky cuda zlecona była Xdzu Kasprowi, bom się z nim już poznał, y prosze, aby z miejsca tego nie był oddalon.

§ His ex archivo Domus Dantiscanae interjectis documentis de initiis Domus Bzeanae, revertor ad textum Historiae 100 annorum, ait D. S. Schwengel.

Continuatio Historiae 100 annorum: « Quale fundus sancto piissimi Fundatoris proposito litterae praedictae addiderint fundatio, de qua agitur, imperfectum, de qua gratissimum opus deducta manifeste demonstrat, magis quae confirmabit ultimae voluntatis testamentum (infra a. 1655) ante mortem ipsius Ill^mi Fundatoris scriptum,

Non tamen adequate litterae praedictae promoverunt fundationem praefatam, tot Domini consilia sacra suffraditarit, quot prius inimicus humani generis impedimenta proposito Illustrem promotoris sacrorum retinere Cartusienses adjiciendi, ut deorum consilio devotorum annihilaretur argumentatio contrariorum, in ore meo deorum stat omne verbum,

Dignus proinde memoria et optima meritus honorari et laudari in domo ista Perillustris ac Magnificus D. Immanuel Brzostowski, notarius districtus Stonimensis; qui sapientissima consuluit piissimo Fundatori, ut Cartusianos in his locis prorsus ignotos fundaret; ut ita quae prius fuerat ignota toti m. Ducatui Lith. innotesceret procellae diversae Hierarchia militantis Ecclesiae. Ut igitur calidus hostis nihil proficeret, atque ut tela argumentorum ipsius ignea Ill^mus Fundator retorqueret in caput ejus, y amquetam ferrum, de asphaltenis illius maceratus, ut ea etiam amplius inexpugnato propositio perseverare, illique penitus immori cogitaret. (in constructione hac tota nihil sanctum, ait D. Schwengel in nota).

Fateor sanae fundationis illius propositum in ea tempora incidisse, quae si alia, tam Ecclesiae quam regno fuere funestissima. Irrumpentibus ea latibulis seris Cosacis et Tartaris, parcebatur nemini, templa et asceteria sacra violabantur inglorii, trucidabatur Respublica, nobiles macta bantur ut pecudes, sacerdotes ducebantur inglorii, exquibus aliqui ad diras manus raptati laniena m, sepius mori cogebantur, antequam mori possent, dissecti minutatim, assati, excoriati ac denique sale conspersi, ne nos condiscant exemplo, ne quando

infatuati mortem quantumvis acerbam, nimium timeremus, atque ita nimium timendo vitam semper mansuram amitteremus.

In ejusmodi inquam tempora, etsi prima haec fundatio incidisset, et Fundatorem optimum in proposito absterrere potuisset, vicit tamen saepe probata in arduis virtus et generosus Sapiehani sanguinis animus; ut licet cunctis videretur tempus illud, potius esse tempus evellendi et destruendi, ipse tamen in eo plantare et aedificare inciperet.

Ut interim nec regno, nec patriae deesset, pro qua tuenda et propugnanda etiam hostium testimonio, ipse pene solus plus laboravit: neque enim opes tantum, sed seipsum etiam impendit, ut manus dextera Regi regnoque in periculosissimo conflictu extitit, et ni Deus misericorditer prohibuisset, ipsam vitam truculentas Scytharum inter manus pro Republica deposuisset. (De his elogium Fundatoris infra)

Durante itaque adhuc bello, triumphantibus ubique immanissimis hostibus, nonnullis amicis dehortantibus, frementibus caeteris, locum fundandae Cartusiae post multas ultro citroque deliberationes, tandem designat in campis Lithuaniae, Cruce lignea ornatis, prope Berezam oppidum, secus Jassioldam fluvium inter Zditow et Sielec, non sine Dei nutu (ut creditur) utpote 20 abhinc annis visa in eodem loco per medium somnum, sancta monachorum candidorum ignotorum in his regionibus processione, quam secutum fuisse quemdam Infulatum Actum R^dum D. Stanislaus Wroblewski pro tunc Ecclesiae Berezanae Parochus sancta fide affirmavit, locoque Cartusiae assignato mox pro obtinenda ab Illmo et R^mo DD. Luceoriensi Episcopo, tanquam Loci-ordinario laborans, hoc ab eo tulit responsum:

20 maii 1648. — Licentia Ill^mi Loci-Ordinarii pro aedificandâ cartusiâ Berezanâ.

Andreas Gembicki Dei et Apostolicae Sedis gratiâ, Episcopus Luceoriensis et Brestensis, Illmo OD. Casimiro Leoni M. D. L. Vicecancellario, nostro in X^to dilecto salutem in Domino. Sollicitudo Pastoralis officii nostri postulat, ut inter alia nobis incumbentia, ea potissimum quae divini cultus augmentum, sanctaeque religionis honorem concernunt, pro viribus semper attendamus, et piis Fundatorum voluntatibus annuentes, promoveamus. Cum itaque Illma et magnifica Dominatio vestra bonis operibus extremum diem praeveniendo, Divina suadente gratiâ, id in terris seminare quod multiplicato fructu recipere possit in coelis, intendat, spirituali et laudabili ejusdem desiderio insignique pietati, quantum cum Domino possumus respondere cupientes: ut in bonis suis Berezae dictis, in nostra diaecesi Ecclesiam et monasterium religiosis Ordinis

Cartusianorum in honorem Dei fundare et sufficienti dote, juxta tenorem et dispositionem Bullarum Clementis et Urbani VIII Pontificum felicis recordationis, pro sustentatione dictorum religiosorum assignata, instituere; dictosque religiosos in praefatum locum quovis modo et solemnitate introducere vel introduci facere, omniaque alia circa actum hunc opportuna necessaria praestare, disponere et ordinare, authoritate nostrâ Ordinariâ, tenore praesentium, ut magnifica et Illma Dominatio vestra possit et valeat, eidem concedimus et plenariam damus facultatem, in primarium lapidem pro Ecclesiâ aedificandâ per quamvis personam Ecclesiasticam de more imponendi in Dei nomine. In quorum fidem praesentes manu nostrâ subscripsimus et sigillo nostro communiri mandavimus.

Dat. Janoviae (L.S.) die 20 maii Ao 1648.

Andreas Gembicki Episcopus Luceoriensis. — Joannes Bta Rubens S.R.M. Secretarius.

Hac igitur licentia a Loci-Ordinario impetrata, breve post tempus secutum est etiam Rdi in Xto Patris totius Sacri Ordinis Cartusiensis Generalis, ab Illmo Fundatore postulatum, vivum responsum; qui annuens desiderio piissimi Viri, submisit in Lithuaniam Vendos in Xto Patres Admodum Vendum in Xto P. et D. Philippum Bolman, Priorem Cartusiae Paradisi B.V.Mae prope Dantiscum, et admodum Ven. in Xto P. Casparum Cochelium et admodum V.P. Joannem Lubietowski dictae domus professos. His demum praesentibus Illmus Fundator optationem fecit, eligerent sibi locum pro cartusiâ exstruendâ magis placentem, et esto (ut ante dictum est) Illmus Fundator Berezam pro fundo Cartusiae antecedenter assignavit, crescente tamen in dies operis perficiendi desiderio, et admodum VV. in Xto Patribus revisis Berezae situationibus, nihil certi determinantibus, liberum eis esse voluit, ut lustratis pluribus Lithuaniae partibus, sive in propriis, sive in alienis bonis (haec enim se quocumque pretio empturum asserebat) locum tam solitudini, quam necessariis cartusianae vitae alimentis magis accommodum investigarent. Interim nulla adhuc facta loci electione, Admodum Vdus D. Philippus Bolman, Prior Cartusiae Dantisci, iter domum religens, reliquos duos admodum VV. Patres cum facultate, illud quod sibi ulteriori deliberatione adhibita, opportunius visum fuerit, exequendi, ad latus Illmi Fundatoris reliquit. Hi tandem post varia consilia, maturasque deliberationes, Berezam, licet infestis Cosaceorum Tartarorumque incursionibus plurimum obnoxiam, caeteris Lithuaniae partibus praetulere. Exhilaratus itaque piissimus Fundator cathegorica hac VV. in Xto Patrum Berezae persistendi sententia de primo lapide mox sollicitus invitavit Varsavia Illmum et Rmum DD. Joannem de Torres Archiepiscopum Adrianopolitanum, sedis

Apostolicae in Polonia Legatum, una cum pluribus ex Sapiehana familia cognatis familiaribusque Poloniae Magnatibus. – (Schwengel ait in nota: « Aliud docent documenta D. Dantisci: D. Philippus Prior et Commissarius binis vicibus (a° 1646 et 1647) in Lithuania fuit et negotium fundationis pertractavit, promovit et confecit. Propositum Ill^mi Fundatoris erat in Szydtowice aut Howienowice excitare cartusiam (vide ejusdem epistolam sub dato Rozanae 1 junii 1648 supra) cui piae intentioni adstipulabatur D. Philippus Commissarius. Subdelegati autem 1648 DD. Joannes Lubietowski Rector D. Gidlensis et Casparus Cochelius, inscio Commissario principali, elegerunt locum aedificandae cartusiae prope Berezam, consentiente tamen Illmo Fundatore. Eodem tempore (1 junii 1648) Ill^mus Nuncius Apostolicus Joannes de Torres actu morabatur Rozanae apud Ill^mum Fundatorem, vide Epistolam citatam. »)

His demum omnibus cum ipso Illmo Fundatore in loco determinato praesentibus, summo animorum gaudio et jucunditate, primarius lapis fundamentalis a supradicto Sedis Apostolicae Legato, adhibitis constitutis ab Ecclesia caeremoniis, fundamento injicitur. Crux vero sacra, innumeris propemodum ante et post erectionem cartusiae in hodiernum diem miraculis clara, nomen loco indixit: Sanctae Crucis. (Circa initium mensis Junii (ait Schwengel) id factum videtur, ex Cartusianis unico P. Casparo Cochelio praesente. Vide Epistolam Ill^mi Fundatoris de 1 junii 1648 supra)

Ultimatim admodum VV. in X^to Patribus locus cartusiae una cum bonis eidem incorporatis (quae in litteris fundationis inferius secuturis continentur) commendatur sub patrocinio S. Josephi Sponsi B. V. M^ae et S. Casimiri confessoris Poloniae Principis.

Collocato itaque ut supra, primario lapide, omnem deinceps curam tam VV. in X^to Patres quam Ill^mus Fundator adhibuerunt materialia congerendi, quibus Ecclesia in altum consurgeret. Ill^mus quidem Fundator Rozanâ, Kossoviâ et Sokolovia, facilitate vecturae hyemalis, lateres, calcem et lapides omni studio convehi curavit. VV. vero in X^to Patres Berezae existentes pro possibili de sufficienti structurae futurae anni subsequentis annonâ laborarunt. Ut autem redderent quae sunt Dei Deo, et inter negotia externa, variasque quibus in dies obruebantur curas, a cartusianae vitae Instituto nequaquam deflecterent, licentiam sibi a Loci-Ordinario efflagitarunt, quatenus et sacrosanctum missae sacrificium et alia divini cultûs officia, in aulâ Ill^mi Fundatoris Berezam inter et cartusiam extruendam sitâ (praedium monasterii hodie est ait Schwengel), particulari honestoque ad hoc deputato loco celebrare ac peragere sibi liceret; qui W. Patrum votis confestim annuens, has ad eos dedit litteras:

9 aug. 1648. — Facultas celebrandi in aula Fundatoris, a Loci-Ordinario primis Patribus concessa.

Andreas Gembicki Episcopus Lucoriensis et Brestensis Religiosis PP. ordinis Cartusiensis in oppido Berezae existentibus, nobis in Xto dilectis, salutem in Domino. Spiritualis desiderio et devotioni Illmi et magnifici DD. Casimiri Leonis Sapiehae M. D. L. Vicecancellarii etc. Fundatoris vestri, quantum cum Domino possumus, respondere cupientes, ut liceat vobis et quibusvis aliis cognitis et approbatis sacerdotibus tam saecularibus quam regularibus de licentia superiorum sui, in aula praefati Illmi et magnifici D. Fundatoris, in loco decenti et ab omni usu domestico libero, donec Ecclesia vel oratorium vobis exstruatur, cum Altari portatili ab Episcopo Catholico consecrato, celebrare et alia divina officia absolvere, authoritate nostra Ordinaria, tenore praesentium, concedimus et indulgemus in Dei nomine. In quorum fidem praesentes manu nostra subscripsimus et sigillo nostro communiri mandavimus. Dat. Janoviae die Jan. 1648.

Andreas Gembicki Episcopus Lucoriensis (I.S.) Joannes Bta Rubens Secretarius.

Vacabant itaque VV. in Xto Patres in aula Illmi Fundatoris, quantum negotia ad eo conglomerata patiebantur, pietati et divinarum rerum contemplationi, Dei clementiam noctu diuque implorantes, ut opus quod meditante suo Illmo Fundatore, inceperat, ad majorem nominis sui gloriam, perficere dignaretur. Quanta autem sit humanae mentis inconstantia quamque affectiones circa idem, sint mutabiles, vel ex hoc satis intelligi potest.

Posito jam dudum celebri ceremonia lapide fundamentali, signoque miraculosae crucis in majoris Altaris loco infixo, congesta via non sufficienti pro Ecclesia exstruendâ, materiâ, VV. Patres denuo mutare, loci electi poenitudinem subire, Illmum Fundatorem, pro cartusiâ in locum amoeniorem, versus Zdytow, ad flumini ripam transferendam, precibus sollicitare incoeperunt, imo consentiente statim, precibus VV. in Xto Patrum, Fundatore, quadam die parata stabat vectura pro materialibus in locum Patribus magis placentem, deportandis, cum ecce Deus sibi hunc et non alium, pro domo nomini sua aedificanda, locum, se elegisse manifeste declaravit.

Accessit ad VV. in Xto Patres venerandus tam aetate quam moribus R.D. Stanislaus Wroblewski, Parochus Berezensis, qui sacerdotali fide asserebat manifestatam, sibi per nocturnam quietem, visionem, qua adoratam, alborum monachorum cum cruce processionem, et praesulis insultate eos insequentis processionem, in hoc ipso loco, in quo cartusiae structura perficiebatur, vidisset. Sed et ipso die erectionis S. Crucis sacro, tota frequentia hominum, genus

quoddam candidarum avium hisce regionibus prorsus ignotum, hunc locum repetitis vicibus circumvolare compexit, qui tandem post multos circuitus oculis spectantium se subduxerunt. Interpretatio harum avium maneat in pia voluntate hominum; ego profecto (scribit quidam ex primis hujus cartusiae alumnis) mysterio divino adscribendum non dubito: cum species istarum avium nunquam hic prius nec post haec apparuerit. Spiritus Stus confirmet, qui non semel in specie columbae apparuit.

Sed etiam dissitum ad 5 milliaria per vastam eremum praedium, Busiarz dictum, ab Illmo Fundatore emptum, et ab ipso ex ~~cath~~ charitate et benignitate huic sacro sanctae Ecclesiae in actuali positione fundamentalis lapidis, in dotem non sine instinctu divino fuit adunantum. Ante fundationem enim annis 4, nullo de fundatione neque de cartusiani cogitante, Perillustris Domina Sophia Jundzylowiana, consors Perillustris Dni Suchodolski, viderat in somnis 2 religiosos in albis habitibus, nusquam in Lithuania visos, in aula Perillustris Dominae Przeclawskianae, Vexilliferae Stonimensis, amitae suae, Busiarzii habitationem sibi elegisse et assignasse, quam visionem alii amici sui, quibus narrabatur, pro somnio reputaverunt; scientes quod praedictum praedium nemo alius haereditare posset, nisi ex familia Przeclawskiana, qui nec de venditione neque de fundatione cogitabant. Deo autem sic disponente (ut appareat hominibus admirabilis dispositio ejus) post 3 annos defuncta Perillustri Dna Vexilliferâ, Perillustres Dni Haeredes ex certis causis, Illmo ac Excellmo DD. Casimiro Leoni Sapieha, Vice-Cancellario M. D. L. Fundatori VV. in Xto PP. Cartusianorum, praedictum praedium vendiderunt, et ille in dotem Ecclesiae S. Crucis futurae cartusiae coram Judicio Interregni, vulgo Kaptur, anno praesente adunavit. Veri itaque possessores Busiarziani effecti sunt servi Dei Cartusiani, et somnium in veritatem rei redactum est. In hoc ipso loco Busiarz, illo tempore tanquam amica apud Dominam Vexilliferam Stonimensem habitans, Nobilis Domina Bieczowska ex familia Misgirowniana, etiam religiosos albos nunquam visos per aulam ambulantes viderat, et post breve tempus veritatem somnii experta est, cernendo Cartusianos Busiarzii: quibus saepius suam narrabat visionem.

His demum et multis aliis manifestissimis divinae voluntatis indiciis, VV. Patres confirmati, de loci mutatione turbari cessaverunt: opusque aedificii in nomine Domini sunt prosecuti. Actum agerem, si pro condigno describere contenderem, quantum hic piissimus Fundator exultarit, utpote cujus omnis intentio, omneque studium illuc collimabat, ut vota Deo facta, quantocius

fieri possit, effectui daret, eaque per diuturnam VV. Patrum de loci electi constantia vacillationem prolongari, intime gemebat. Facta igitur ultima resolutione confestim Ingenuer (architectus) Italicus ad fundamenta totius operis jaciendi, Varsaviam vocatus (qui omnibus dum aderat statis spatiis cum suis 6 adjutoribus 10 000 florenorum Polonicalium ab Illmo Fundatore solata, accepit) hoc tempore ex una parte versus septentrionem ambitum cum 6 cellis in altum eduxit et templi fundamenta positis stratis subtus (locus enim valde humidus et limosus erat) quercinis alneisque arboribus. Operi autem tam praeclaro annus praesens non sufficiens, hyemsque valde adveniens, labores hujus anni concludit. »

Addenda ad annum 1648 ex Archivo domus Dantiscanae = « Litterae R.di P. Generalis ad Priorem D. Dantiscum : « Vae in Xto P. sat cito subitur, cum prospera cuncta demum tractentur nobis in domibus Ordinis. Deo laudabiliter inchoata et feliciter confecta per Dei gratiam et sollicitudinem vestram, novae plantationis negotio, sub titulo SS. Josephi et Casimiri, non possumus non plurimum gaudere et Deum benedicere in aeternum. Non dubitamus quin P. Visitator hanc novam plantationem, debono Rectore cohonestet pro sua solita prudentia, nobisque significabit, quaenam sint de locis fundationis series, quasque pecunias Illmus D. Fundator pro aedificiis quam primum faciendis, assignaverit. — Agerimine tulimus immaturam illam mortem Serenmi Principis vestri (Uladislai IV. Reg. Pol.) Deumque enixe rogamus, ut quamprimum suscitet vobis dignum suarum virtutum haeredem; quique valeat rebelles Cosaccorum voluntates cohibere, et potentissimae suae dominationi subdere et subjicere. Cart.a 12 aug. 1648. Vester in Xto confrater. P. Leo Prior Cart.ae.

In litteris D. Prioris Consultrices ad Priorem D. Dantiscum : « P.S. mittuntur hinc ad domibus Moguntina et Treverensi duo Patres pro cart.a Lithuanicensi, alter Rector (D. Joan. Hagen), alter magnae spei et expectationis (D. Carolus Wohlschleger) : de aliis junioribus ex vestra domo mittendis, V. P.tas erit sollicita. Dat. Conflentiae a.o 1648 die 12 aug. Vester admodum in Xto P. V. servus et confrater

Joan. Hoff Prior cart.is Confl. indignus

6 sept. 1648. Littera R.P. Generalis ad Priorem D. Dantiscum : « Vae in Xto P. Jucundissima haec vice prae caeteris nobis fuit receptis litteranum vestrarum, intelligentes per eas de, quae peracta sunt in inchoatione novae plantationis Lithuanicae. P. Visitator scripsit nobis, se misisse duos honestissimos et optimos religiosos pro regimine ac promotione praefatae novae plantationis, sicque satisfactum est pro nunc urgentissimae devotioni Illmi Fundatoris. — Hic omnes speciales preces injungere in primo Capitulo gen. pro requie animae Serenmi Regis vestri, cujus mortem maxime Ordini nostro

infaustam, ex animo vehementer doluimus. - Cart.e 6 sept. 1648. Vester in Deo ass. antiss. in ss. confrater
P. Leo, Prior Cartusiae - - P.S. Vale. atque audivimus fundationem Lithuanicam, authoritate
regia confirmatam, litteras congratulationis cum humili gratiarum actione, scribemus Ill.mo Fundatori.
6. dec. 1648. - Litterae ejusdem ad eundem: « Ver. in Xto P. Plurimum nos laetati, intelligentes
felicem adventum Patrum missorum a P. Visitatore pro regimine novae cartusiae Lithuanicae ad Dom-
inum certum, licet ex alia parte non modicum anxiaremur ob impressionem et impetitionem Cosacorum,
quos tamen novum Regem cum Dei auxilio et in manu ejus forti expulsurum, firmiter speramus.
Interim non possumus satis demirari decretum illum, Ill.mi Fundatoris pietatem, et in nos
illos ingentes propensionem, qua ejus sit, si periculum instaret, ad munitionem nam vicinam, fortissimam
secedere. Porro credo nullam ab exordiis nostri Ordinis domum, feliciora initia sortitam fuisse; ita
ut nullus dubitandi locus relinquatur, opus hujusmodi Dei esse potius quam hominis, nec
parum prodierit, quod P. Caspar. Cochelius invenit gratiam in oculis Ill.mi Fundatoris.
Cart.e 6 dec. 1648 - - P. Leo, Prior Cartusiae
27 dec. 1648. - Litterae P. Visitatoris ad P. Priorem P. Dantiscii: « Pax Xti Adm. V. in Xto P. Accepi
litteras V.P. Rectoris Gidlensis, quibus indicat se reversum ex Lithuania, et Ill.mum D. Fundatorem, conti-
nuare cum laudabile et a Deo inspiratum propositum, quod mihi pergratum fuit intelligere,
et oro instanter, ut finaliter et feliciter compleatur. Adm. V. Pta vestra mature mihi significa-
bit, qualiter novus Rector Berezam missus, segerat et an gratus sit Ill.mo Fundatori, ut
possim illum commonefacere.
Rutila 27 dec. 1648. A.V.P.V. servus in Xto P. Michael Arnoldi Prior Kevirensis
(ita subscribebat)

1649. - Annus 2.us fundationis.

Annus 1649. in principio mox decorus astitit praesentia V.P.D. Joannis Hagen, profess. Patris Visitatoris
de Moguntiae, qui per capitulum gen. (Pro visitatore 20 julii 1648) ad instantiam VV.PP.D. Caspari Cochelii
et D. Joan. Lubietowski Berezae existentium (D. Joan. Lubietowski Rector Gidlensis jam ad initium
Junii 1648 Berezam abiit; unius P. Caspari Cochelius ibidem hactenus residebat, alter absens);
Ill.mique Fundatoris, in Rectorem hujus novae domus ab instituendus, adduxitque secum, ex mandato R.di P. Generalis
tres ex cartusia Dantiscana Patres (de Carolum, ex de Kevirensi) in Lithuaniam, ita ut eorum essent
6; qui inchoatum cartusiense Instituta Berezae in Lithuania propagarent.

Profecto laboriosus annus iste dicendus: hunc describturus erubesco in labore descriptionis meae. Si enim appensus fuerit in statera labor meus cum labore primorum VV.PP. quibus initium fundationis hujus incumbebat, timeo ne inveniar minus habens. Attamen in Domino confidens, quamvis jam meridiana hora advenerit, Domini vocatus, aequalem tamen cum primis Patribus qui labor averunt tota die, mercedis denarium valeam obtinere. Illudque quod illi scribere non poterant, oppressi quotidianis sollicitudinibus circa aedificia domus futurae, omni conatu adimplebo, et licet exigua hujus anni sint inventa opera scripturae; demonstrabit vero manifeste summum laborem fuisse aedificium fabricae. Opus namque grande est: neque enim homini paratur habitatio, sed Deo.

Excellens certe opus narrat Regum historia, ubi Salomonem aedificasse fundamenta domus Domini, in qua posuit arcam Dei, quae continebat duas tabulas testamenti, mannam et virgam Aaron, quae fronduerat. Haec omnia figura erant futurorum. Ven. Patres nostri, hujus certosinae primi architecti, non tantum simile illi, sed longe excellentius opus praeparabant, nempe templum Domini, in quo non arcam, ut Salomon, sed ipsum arcae Dominum, et Deum quotidie immolandum, et sumendum, praeparaverunt. Arca, quam intulit Salomon in templum Domini, continebat duas tabulas testamenti, mannam et virgam Aaron, quae fronduerat. Haec omnia excellentius per arcae Dominum, et Deum nostrum designantur: ubi enim est Dominus et Deus noster I.C., ibi etiam duae tabulae testamenti, quia in ipso duae naturae divina et humana; ipse etiam manna, et praestantius quam fuerit Hebraeorum, quo alebantur 40 annis, et mortui sunt. Qui autem manducaverit hunc panem, vivet in aeternum. Ipse non tantum virga Aaron, quae fronduerat, sed magis flos de radice Jesse ascendens: hunc florem inserere cupientes hoc in loco primi Patres antecessores nostri, mentis oculis congeminaverunt, ut flores praedicti odorem in perfecta maturitate existentem futuris saeculis demonstrarent. Hoc fundamentum, fuit totius laboris, unica spes dilatandae posteritatis, hac ratione unus alterum animabat, et quod natura unius non valebat, alter pietatis ope supplebat, et ita omnes, quamvis primi in agris auctoris et promotoris nomine Bruno Certusiensis Institutio dicerati, quod sine labore nemo adeptus est, sicuti antiquorum Philosophorum, ad aquas testatur: Diu laboribus omnia vendunt. Ita non politicis sed magis spiritualibus animabantur fundamentis Ven. Patres nostri, sicut eorum quod Philosophorum, ratio reperit: quia Deum regnorum caeli non ante debuerunt, glorificaverunt. Non ingrati, in solo labore externo, et ita futurae gloriae Domus Beatae unae constituendae

existimaverunt, sed magis Petrino fundamento innixi D. n. J. X^mo, super cujus confessionem tota Ecclesia catholica fundata est, diligenter quotidie repetitis vicibus sibi occinentes: cujus initium Davidica descriptio hunc in modum insinuat: Nisi Dominus aedificaverit domum in vanum laboraverunt qui aedificant eam. Primarius ergo labor ipsorum sicut et praecedenti anno declaratum est, fuit reddere Deo quae Dei sunt, quod in aula Ill^mi D. Fundatoris, in loco huic exercitio deputato, et ab Ordinario loci approbato, non absque aedificatione plurimarum Aulicorum, ut Cartusiense deposcit institutum, adimpleverunt. Secundarie vero operibus quae in majorem Dei gloriam exercebantur, haec revera aequalia sunt praecedentibus, omni diligentia, tanquam huic negotio a S. Ordine destinati incumbebant, magis Domino placere volentes obedientiâ, quam victimis.

Non pigeat benevolum lectorem, sequentem diligentiae descriptionem, ea intentione legere, qua facta est: sic namque fiet, ut fructus qui scriptorem animabat, lectorem consoletur: nam diligentia necessaria fuit in opere Dei laborantibus, qui omnimodam benedictionem futuris saeculis durantem, a Fratribus in divina vocatione permansuris, promeruerunt; secus si diligentia abfuisset, contrarium accideret: maledictus enim qui facit opus Dei negligenter. Benedictio autem super caput justi; ideo dedit illi Dnus haereditatem, et divisit ei partem in tribubus duodecim, et invenit gratiam in conspectu omnis carnis. Haec benedictio ex eo fonte deduxit originem suam, quam Apostolus explicans imitatur et subdit: Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. — Diligentes itaque erant primi Patres nostri, qui a dilexerunt illum, cujus honoris multiplicandi gratiâ laboraverunt. Qui labor gaudium dicendus est, non labor. Neque defatigabantur, sed dilatata sunt corda illorum, quae excludendo ex cordibus suis mundum et ea quae mundi sunt, includendoque in illis Deum, quem totus continere non valet orbis, et exinde gloriam Dei amantes reminiscebant semper Dei sibi intime praesentis, dicendo cum Davide et servis Dei amore ardentibus: Providebam Dominum in conspectu meo semper. Neque taedium negotia quotidiana causabant iterantibus et reiterantibus: Memor fui Dei et delectatus Dei; qui primus est et novissimus, et absque quo non est Deus in caelo sursum et in terra deorsum; qui vitae et mortis habet potestatem, et deducit ad inferos et reducit, qui omnia potest et dissimulat peccata hominum propter poenitentiam, diligit enim omnia quae sunt, et nihil odit eorum quae fecit. Hujus magni Dei plenam sancte varietate memoriam indesinenter in laboribus externis occupati, cordibus suis imprimebant, et

ita factum est, ut non tantum sibi gaudium pro gloria Dñi laborandi causaverint, sed etiam posteritati exemplum diligentiae reliquerint.

Ex dictis quivis facile cognoscet bonae voluntatis sanctam intentionem. Superest ut palam fiat opus in executione. Hoc autem difficile est calamo, ut decet, exarare: nisi forte practico-speculativo, qui cognitis effectibus facili conclusione intelliget causam, quam etiam absque difficultate distinguet primam a secunda. Prima jam superius explicata est. Superest ut secunda et caeterae, quae apud philosophos numerosiores reperiuntur. De quibus hic sermonem formare foret incongruum. Exponatur: Effectus autem praesentis fundationis, ut praesens demonstrat dies, (ne forte parum dixerim) in supremo gradu virtutis constitutos (nullus ambigat, nisi forte oculo ventris et non mentis) illos intuetur. Unde autem isti sancti effectus nam trahunt originem, nisi a causis? Unde vita cartusiana, unde 2 annos Berezae incognita, praesenti vero anno jam crescere incipiens, nisi a Cartusianis? Qui autem cartusianis Berezae locum, solitudini commodum, a frequentia populi segregatum, divino cultui aptissimum effecit? quis cellarum distinctionem latissimam, hortorum amoenitatem Cartusiano Instituto servientium pulcherrimam, mororum copiam laboriosissimam? cujus, inquam, industria dicta omnia ad perfectum deducta sunt? Omnino nullus hujus rei peritus hac in regione inveniebatur, ut cartusianis initium formaret, Cartusianos enim ignorantes, illis condignam habitationem inchoare non poterant. Ven. Patres in exordio hujus anni nominati, dicti laboris fecere initium, sollicite procurantes, ut illis deficientibus, quod si quid imperfectum remaneret, de facili a sequentibus compleri possit. Illi studiose providebant ut opus inceptum praeclare et quantocius finiretur. Illi sollicitabantur de plurimis arte peritis murariis: quêis solidos formare muros, inculcasse, testimonium patet ex parte rei. Illi cementarios magis idoneos exquirebant, quorum industria ~~mult~~ muri in obliquitatibus et angulis stabiliores cultioresque evaderent. Illi locum copiosissimis circumquaque incolis in hoc laudabili opere laborantibus solerter assignabant, attendentes summopere; ne confusio Babylonica huic sancto labori immisceretur, murariisque necessaria, ut ad manus omnia haberent, curabant. Cementarios, ne murariis loquacitate (cui haec gens est addictissima) essent impedimento, segregabant. Illi necessaria victui pro cunctis alimenta mature providebant. Illi omnimodam pacem et concordiam inter diversarum Regionum operarios multos conservare studebant, exhortantes indefesse Apostolicam sententiam singulis inculcantes: Pacem habete, et Deus pacis et dilectionis erit vobiscum. Scientes: quod pax cum proximo sit tranquilla hominum inter se

conversatio fundata in voluntate Dei et amore Jesu Xti.

Hic labor, hoc opus est, canit Poeta. Et merito non exiguum hoc esse videatur, quod virtutem supernaturalem indicat, cujus explicandae virtutis gratia non minimam sed principalem hominis Apostolus deposcit potentiam, nimirum intellectum, dicens: obsecro vos fratres, per nomen D. N. J. Xti, ut idipsum dicatis omnes, et non sint inter vos schismata; sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia. Magnum autem impedimentum huic virtuti proponebat notissimum huic saeculo proverbium, quod etiam spiritualibus mutata ratione fundamentali, per quam saepius inservit: quot capita, tot sententiae. Maturitate autem Religionis Cartusianae grandaeva praediti, diversitatem linguarum et intellectuum, unitati christianae adunare non negligebant, diligentissime satagendo: ut captivato in obsequium unitatis christianae intellectu, etiam voluntatem quae non raro contraria est intellectu, inter mortalium multitudinem sanctis exhortationibus et collocutionibus refraenarent. Quod ut ad effectum perducerent, laboraverunt cum laborantibus, flebant cum flentibus, gaudebant cum gaudentibus, non eximebant se a communibus operibus, in quibus statutis temporibus a singulis et omnibus perficienda praescribebant, eliminabant ex cordibus suis et aliorum sibi commissorum radicitus vilipensionem, quae impedit pacem, contemptum, qui causat rixas, suspicionem qui vilipensionem generat, praescribebant ad orcum, caeterisque sibi subjectis proscribenda praedicabant. Judicia temeraria, oblocutiones, contumelias, irrisiones, dicteria, detractiones, vociferationes, rusticitates, immodestias morum, jocos illeberales, mordacitates, fraudes, supplantationes, dolos et scandala, quae omnia suo praelucentes exemplo, operariis vitanda, repetebant. Omnia autem praedicta et inferius dicenda, non absque animi solatio, primi ven. Patres nostri executioni mandarunt; quia nihil vale in msc. hoc anno reperire potui, quod pacificae voluntati contrarium foret, praeterquam incursiones Tartarorum et Cosaccorum qui plurimorum fuere ruina in Polonia et Lithuania locorum, hunc tamen locum solo transitu contenti, incolumem reliquerunt. Et uti scriptor antiquus Polonus de initio hujus fundationis et miraculis ssmae Crucis nostrae insinuat, varii rebelles Cosacci et eorum protectores Tartari, Sueci, Mosci, Hungari, Multani seu Rummuni, ferro et igne hoc tempore Poloniam et Lithuaniam vastaverunt, quod etiam hoc anno continuatum testatur Illmus D. Fundator noster in litteris fundationis, hunc tamen locum protectione S. Crucis munitum, non violaverunt, ut omnibus innotescat quia Berezae ab Infidelibus et persecutoribus tentatum firmissimum sibi virtus S. Crucis elegit domicilium; quod non fugiendo, sed sufferendo crucem (ad quam Protoplasti praevaricatione universi a Legislatore ~~universo~~ aeterno condemnati sumus: In sudore

valtus tui vesceris panetuo) confirmatum est.

Non melius gloria ss^mae Crucis aste Duos annos, nudos exornans campos, hodie vero jam nos campis ornamento, sed hominibus existens medicamento, humano generi inculcari potuit; quam vivo Salvatoris nostri exemplo, qui non venit vocare quotidie singulos etiam peccatores maximos: Venite ad me qui onerati estis, et ego reficiam vos. Ad ipsum autem nemo potest venire, nisi sanctae Crucis crucem suam custodiae, ut ab eodem haec regia via explicata manifestat: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.

Multiplici ergo omnes, primi Patres nostri secuti sunt Magistrum, et Salvatorem suum, qui discipulos suos hac instructione admonuit: Cum feceritis omnia, quae praecepta sunt vobis, dicite: servi inutiles sumus. Inutiles nique ausi se demonstrabant, nemo tamen illis dilitior, nemo potentior, nemo liberior, qui se et omnia reliquere scirent, et ad infimum se ponere non erubuerunt. In omnibus Ill^mi S. Fundatoris voluntati se submittentes, qui una praesentia raro propter copiosissima Reipublicae negotia illos recreavit, haud tamen illis defuit. Qui pro fundamentis Ecclesiae jam positis et ambitu cum sex cellis in altum hoc anno (ut exspectari) eductis versus septentrionem, 10000 flor. Polonical^s, laborioso Italo praecedenti anno conducto cum suis coadjutoribus exolvit aliaque necessaria pro aedificiis futurae centuriae, quam excellentissimam inter cunctas Poloniae et Lithuaniae monasteria aedificare et exornare intendebat, omni studio procurare nitebatur. Ipsius nigeris lapides in hoc Palatinatu rari, ad sufficientiam fundamentorum ex aliis locis advehebantur. Illius sagacitate calx, quae hodie usum testimonium inveniri non perhibet, procurans reparationi continuandae commoditatem, haesabatur. Illius prudentia advisatum fuit, Latores alios propius (ut in necessitate celerius advehi possint) alios vero propter lignorum abundantiam, pro exstructione illorum necessariam, a centuria remotius deserti tamen vectura lignorum advehendos, aedificationi servientes, omni possibilitate foveri. Et horum locorum in hodiernum diem apparent signa et vestigia, de quibus a senioribus hujus loci, non semel auribus meis fuit inculcatum, his in locis Latores pro instituto nostro monasterii fuisse exortos.

Haec tamen et similia, quae ante Ill^mi Fundatoris dispositionem advenerunt, non dubitamus, primi Ven. Patres nostri secundo anno in hac regione existentes, minutalia terrae vicinia tam exiguum tempus cognovisse, nisi Ill^mi Fundatoris instructione fuissent edocti.

De illustribus vero Dulcis stipatus Fundator, his non modicum, sed ante illius operis perfectionem

-dam reliquit. Qui summo honori Cartusianis inservire sibi ducentes, omni conatu Ven. Patribus nostris adjutorio et consilio adstiterunt: de quorum uno brevi longior futurus est sermo.

In difficillimis autem casibus, uti hoc tempore Martiali occurrentibus, propriam personam pro Cartusianis tuendis et in pace conservandis, nunquam negavit, et saepius periculis se exposuit, ut tantum pacem a Cosaccis et Tartaris sub SSmâ Cruce Berezanâ conservare posset. Primario quidem praeservationem hoc in tempore calamitoso, miraculosae protectioni SSmae Crucis jam adscriptam superius repeto, secundario vero piissimi D. Magnatis; cujus pietas personuit in Gallia, deducta est in Germaniam, sequenda persistit tanquam cunctis notissima, in Polonia et Lithuania. Cujus prudentia et magnanimitate crebro inimicorum turba est dissipata, et ipsorum Tartarorum et Cosaccorum verbis utor: ubi tantum sonat nomen Sapiehanorum, illic tremet accedere turba Cosaccorum. Quod etiam ex antiquis scriptis antecessorum nostrorum confirmatur; in quibus palam fit summae gloriae esse Sapiehana gaudere protectione. In qualibet subscriptione attestatorum et testimoniorum, quas antecessores nostri quacumque ex causâ scripserunt, invenitur: Ego P. N. N. Sapiehanae fundationis &c... ipsissimo nomine Fundatoris fiduciam magnam sibi apud vicinos creantes, terrorem vero et formidinem eodem inimicis causantes.»

D. Schwengel ait: « Prolixa haec narratio anni 1649 ad historiam domus Berezanae parum aut nihil confert. Huic etiam anno adscriptam inveni Participationem Ordinis, quam per tot. S. ord. Cartusiensem Perillustris et Magnificus D. Emmanuel Brzostowski, Notarius Stonimensis, tanquam promotor Cartusianorum in Lithuaniâ adeptus est. Qui perillustris vere moribus et religione, sicuti anno praecedenti consilium sanctum suppeditavit, ita etiam anno praesenti in cunctis primo V. D. Rectori istius novae plantationis praesto fuit, quod in ejus participationis litteris clare patet. Quas hoc loco subnectendas, ratio et annus, quia in eodem anno scriptae sunt, postulat. Sunt autem tenoris, ut sequitur:

1649. — Participatio Ordinis M. D. Emmanueli Brzostowski concessa. —

Fr. Leo, Prior Cartusiae ac totius Ordinis Cartusiensis Minister Generalis, Praenobili ac magnifico D. Emmanueli Brzostowski, Illmi M. D. L. Pro-cancellarii Secretario, salutem in Domino sempiternam. Etsi inter omnia membra (memora!) Corporis mystici per omnem juncturam compacti et connexi Salvatoris nostri J. C. membra eodem charitatis habitu coelesti informata, tanta sit conjunctio, ut quae ab uno promanant officia et opera bona, in aliorum quoque fructum deriventur. Tamen eo major existit illorum communicatio, quo ipsa inter se arctiori dilectionis vinculo constringuntur. Cum ergo praecipuam ad Ordinem nostrum propensionem tuam, ex relatione Ven. Patrum D. Michaelis Arnoldi Prioris Cartusiae Trevirensis, et provin-

-ciarum Rheni et Saxoniae Visitatoris, et D. Ioannis Hagen Rectoris novae plantationis in Lithuaniâ, ab Ill.mo D. Pro-cancellario M. D. L. pientissime ac munificentissime fundatae, didicerimus, aequum est ea nos christianae pietatis officia, quae caeteris pro debito communis charitatis exhibemus, abundantius in te effundere, qua sinceræ dilectionis tuae, quidquid possumus, mutuae vicissitudini respondeamus. Quare tenore praesentium plenam tibi omnium bonorum spiritualium nostrorum, missarum scilicet, orationum, jejuniorum, eleemosynarum et aliarum id genus piarum exercitationum Ordinis nostri participationem impertimur. Addentes quod cum obitus tuus (quem tibi pleno plenum! dierum et virtutum Deus sanctum indulgeat) nostro fuerit Capitulo gen. denuntiatus, injungentur in eo missae et alia pia suffragia pro amplioris animae tuae remedio per tot. ord. exsolvenda. Et praeterea anniversarium perpetuum juxta ritum Ordinis nostri pro te celebrabitur, et in Calendariis domorum ejusdem omnium sub die dicti obitus tui conscribetur. — Interim Deum oramus, ut in salo jactantis saeculi positus, per viam justitiae stabili firmitate vestigiis semper incedas, ac coelo mente affixus, quidquid in rebus humanis sublime vulgo suspicitur, tanquam infra te jacens ex alto despicias, et major saeculo, ea sola bona conspicias, quorum aeterna possessio est, et beata fruitio.

Dat. Cart.ae sub chyrographo et sigillo nostro A.o 1649 p. Leo. Prior Cartusiae.

§. In his litteris cuilibet innotescit fructus spiritualis S. ord.is cartusiensis, qui solo vitali adjutorio minime contentus, perpetuum animabus praestat suffragium. Hoc excitatus solatio Perillustris D. Emmanuel, butyrum et mel cum Cartusianis comedere solitus, ut eligere bonum (vitam nimirum sanctam, quam in exemplo a primis sex Ven. Patribus nostris sibi proposito, imitabatur vivens in saeculo, mortemque felicem, vitam sanctam concomitantem) sciret, sciendo obtineret, obtinendo non fastidiret. His expletis, annus quoque explicatus, certum temporis intervallum continens, sub cursu ad finem pervenit: quem ego infinita nequaquam vitiare volo scriptione, sed potius abbreviata, finem quoque calamo annuntio —

Addenda ad Annum 1649, ex Archivo domus Dantisci.

11 aprilis 1649. — Litterae R. P. Generalis ad Priorem D. Dantisci: « Ven. in X.to P. Non mediocri perfusus sum gaudio, videns in ultimis vestris litteris 24 februarii exaratis, quae circa locum fundationis novae plantationis Lithuaniae nuper contigerunt: quae vere omnino mirabilia sunt et specialem Dei providentiam super eam ostendunt: unde nullo modo dubitemus quin superatis per Serenissimum Principem novum Poloniae Regem rebellibus, felicissimum sortiatur augmentum et

perfectionem. Inspectamus quotidie formam a P. Visitatore nobis porrigendam incorporandi Ordini in proximo Capitulo gen. hanc inclytam Domum, simulque cogitamus de ceteris in charta ejusdem Capituli inter Magnates praecipuos quae fautores Ordinis Illmum Vicecancellarium Lithuaniae amplissimum illius fundatorem describere, et ei speciale beneficium per tot. Ord. concedere. Dolemus aliquantulum Gdlensem novam plantationem tam diu jacere in pulvere, tamque parum se attollere, maxime cum voluntati Illmae Fundatricis plene per Rectoris illius mutationem satisfactum sit. Verumtamen sperandum est, quod tempore ab aeterno a Deo ordinato incrementum accipiet, modo paucissimi religiosi illic degentes perseverent in omnibus operibus suis S. observantiae seu Cartusianae disciplinae bonos se semper praebere cernentatores.

Cartusiae 11 Aprilis 1649. D. Leo, Prior Cartusiae.

Hoc etiam anno in chartis capituli gen. prima occurrit mentio de Beregaine, his verbis: an. 1649: « Missa de Spiritu Sto pro Illmo D. Casimiro Leone Sapieha, Vicecancellario M. D. Lithuaniae fundatore amplissimo novae D. S. Crucis prope Beregam in Lithuania, et Illmae ejus consorte, celebretur in qualibet domo Ordinis nostri una missa de Spiritu S. in conventu. »

Et inferius: « D. Joannes Hegen, Insp. de Moguntiae, in Rectorem novae plantationis in Lithuania super annum a P. Visitatore institutum confirmamus. » Hoc item anno domum Beregan. in Capitulo gen. Ordini nostro incorporatam esse, certum teneo. Recolatur hujus in litteris R. P. Generalis proxime citatis, his verbis: = Inspectamus quotidie formam a P. Visitatore nobis porrigendam, incorporandi Ordini in proximo Capitulo gen. inclytam Domum Beregan. »

24 maii 1649. — Litterae Illmi Fundatoris ad D. Priorem D. Dantisci. —

Ven. in Xto P. D. Amice colende. Singulares ago gratias pro affectu, quem gerit Rda Paternitas vestra erga me, et pro suffragiis, quibus Boritatem Divinam implorat ad vota mea et Reipublicae universae cum fratribus venerandis hucusque adnexis. Deus vobis sit merces, nostris autem rebus pro sua voluntate disponat: cujus misericordiae cuncta subjicere bonum est. V. Pties dispensator morari debuit per tot annos Varsaviae, causam ipse exponet. Venerandi Patres Cartusiae Beregan. bene valent, Dei gratia, aliqui cum R. P. Rectore suo in Zdzieciol ut remotiores, liberi sint metus, quo rebellium nostrorum arma personant. Commendo me denique gratiae et sacris orationibus R. Pties vestrae.

Dat. Varsaviae 1649. 24 maii. Vestrae Paternitatis Rdae bonus Amicus et Servitor

Casimirus Leo Sapieha, Pro-cancellarius M. D. L.

12 junii 1649. — In litteris V. P. Visitatoris ad Priorem D. Dantisci. —

..... Vestrum laudabile studium in promovendis novellis plantationibus, omnibus constat, nec carebit premio, maxime ubi vestrum propositum Deo dante et pace concessa, coperit in opus deduci, mercebitur magnum spirituale beneficium in ordine, pro quo eo sollicitus. Intellexi Rectorem S. Crucis in Lithuania modo esse contentum cum sua sorte vix et bene valere, licet illi in principio gravis fuerit carentia vini. R^ta non imputet inconsideratam scriptionem, nec avertat oculos ab illa plantatione, cujus principium fecit. Ut sicut primam (Gidlensem) promovit, sic et hanc promoveat, ut ab utraque laudem et meritum habeat. ... —

Dat. Leviris 12 junii 1649 — F. Michael Arnoldi, Prior certusiae leviensis.

25 junii 1649. — Charta Ill^mi Fundatoris. —

Oznaymuie tym Scriftem, Ze Dnya 25 junii w Roku teraznieyszym, przyszedszy do Gdanzka na potrzebe moia, Rufiony ch rydtow Holenderskich 200. na rydle te wydat Zlach. — etny Pan Adam Aldewing Sukiennik Gdanski Zlotych 300. A na Furmana, ktory do Warszawy rydta przywiozt, dat Zlote 20, Wzigawszy to pieniadze u Pana Michel. Imci Pana Philippa Bolmana Przeora Cartuzow Gdanskich, na co daie ten moy ... Scriftem podpisuie, rekami moiemi y pieczecia, Dat. w. Warszawie. —

25 Junii 1649. — Frater Leo Ignatius Podkanc. ...

12 sept. 1649. — Ex litteris R. P. Generalis ad Priorem D. Dantisci.

..... de duabus novis plantationibus gavisus sum, a vobis audire, quod se satis bene pro temporum malitia habeant. Orans Deum liberari Seren.^mum Principem vestrum cum omnibus suis statibus ab infestatione et tyrannide illorum Cosaccorum.

Cart.^ae 12 sept. 1649. — F. Leo, Prior Cartusiae. .

1650. — Annus 3 Fundationis. —

Anno 1650. die 3 Januarii, in comitiis Regni Generalibus Varsaviae celebratis, ab Illmo D. Fundatore nostro fundatis dicta proposita est, et misso consensu a Serenissimo Rege Joanne Casimiro ac omnibus statibus et Ordinibus regni approbata, protinus constitutionibus Regni inserta est. Quorum tenor hic est:

3 januarii 1650. — Litterae fundationis Cartusiae Berezanae. —

Has fundationis litteras in comitiis praefatis a° 1650 lectas et approbatas Serenissimus Ioannes Casimirus Rex, illico ad acta cancellariae majoris M. D. L. suscipiendas, ac deinde per modum Extractus, extradi demandavit sub hac formâ:

10 januarii 1650. — Confirmatio Regia fundationis Cartusiae Berezanae. —

Ioannes Casimirus Deigratia, Rex Poloniae, magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Smolensciae, Czernichoviaeque, necnon Suecorum, Gothorum Vandalorumque haereditarius Rex. Significamus praesentibus litteris nostris, quorum interest, universis et singulis, repertas fuisse in Actis Cancellariae nostrae majoris M. D. Lithuaniae litteras infrascriptas, sigillo majori M. D. L. communitas. Supplicatumque nobis est, ut easdem litteras extractim extradi mandaremus. Quarum quidem litterarum, praemisso titulo nostro, talis est prout sequitur, tenor:

Significamus praesentibus litteris nostris, quorum interest, universis et singulis, comparuisse personaliter coram nobis Illustrem ac magnificum D. Casimirum Leonem Sapieha, Pro-cancellarium M. D. L. Stonimensem, Volpensem, Lubozanensem, Rochaczoviensem etc... Capitaneum, eumdemque litteras suas perpetuae fundationis Conventui Ven. Patrum Cartusianorum

Instituti Sti Brunonis, in bonis suis propriis haereditariis Bereza et Buziarsz nuncupatis, in districtu Stonimensi et Palatinatu Brestensi situatis et jacentibus fundato, datas et servientes exhibuisse, ac tacto pectore palam recognovisse: His duntaxat vigore Constitutionis anni 1635 adjunctis verbis: Sub fide, honore et conscientiâ Deum testor, quod ejusmodi fundationem de nova radice in bonis meis propriis, nulla pro illis pecuniaria summâ apprehensa, seu levata, absque ullo condictamine, quin imo ex puro zelo, et propria mea libertate, nihil in fraudem Constitutionis Anni 1635, tum et juris communis secus faciendo. Harum quidem litterarum talis est prout sequitur, tenor:

In nomine SSmae Trinitatis, Dei, Patris et Filii et Spiritus Sti Amen. Casimirus Leo Sapieha Procancellarius M. D. Lith. Stonimensis etc. ... de verbo ad verbum ut supradicta charta fundationis.

Aº 1650, die 3 mensis Januarii, comparens personaliter Illustris et Magnificus Casimirus Leo Sapieha Pro-cancellarius M. D. L. has litteras fundationis coram nobis recognovit

Joannes Casimirus Rex

Brzostowski dicunie

Cyprianus Paulus Brzowstowski Dapifer Viln. S.R.M. Secretarius

Nos itaque Joannes Casimirus Rex hujusce litteras fundationis modo superius insinuato insertas, per Illustrem autem Casimirum Leonem Sapieha Pro-cancellarium M. D. L. palam coram nobis recognitas, ad Acta Cancellariae majoris M. D. L. suscipiendas esse duximus: proutquidem susceptamus. In majorem vero fidem earum manu nostra propria subscriptas, sigillo majori M. D. L. communiri jussimus. Dat. Varsaviae die 3 jan. in Comitiis Generalibus Regni Aº Dni 1650, regnorum nostrorum Poloniae primo, Sueciae vero 2º.

Joannes Casimirus Rex

Nos itaque Rex supplicationi supra factae benigne annuentes, praeinsertas litteras parti requirenti ex Cancellaria nostra M. D. Lithu. per modum extractus extradi demandavimus. In cujus rei fidem sigillum nostrum M. D. Lith. praesentibus est appensum.

Dat. Varsaviae, die 10 mensis Januarii Aº 1650, regnorum nostrorum Poloniae 1º. Sueciae 2º.

Albertus Stanislaus Radziwil Cancellarius M. D. L.

Cyprianus Paulus Brzowstowski Dapifer Viln. S.R.M. Secretarius

27 januarii 1650. Approbatio et confirmatio Episcopi Loci-Ordinarii.

„ Immensus bonorum omnium elargitor Deus, cujus bonitatis infinitus est thesaurus, adeo iis

quæ a suis fidelibus ipsi pura mente et spontanea munificentia in augmentum et honorem sanctæ Religionis, statusque Ecclesiastici dedicantur, obtestari solet, ut bona æterna proinde in cœlis unicuique talia offerenti large secretibus eorum publicentur. Proinde nos Andreas Gembicki Dei et Apostolicæ Sedis gratia, Episcopus Luceoriensis et Brestensis, universis et singulis quorum interest, aut quomodolibet unquam in futurum, interesse poterit, significamus et ad notitiam perferi harum serie deducimus: quomodo Illmus et Magnificus D. Casimirus Leo Sapieha, M. D. L. Pro-Cancellarius, Stomiensis, Volpensis, Lubogranensis, Rohoczoviensis, Capitaneus, Administrator œconomicæ Brestensis etc.. divina inspirante gratiâ, promissorum bonorum æternorum intuitu, intendens peregrinationis suæ et missionis externæ diem demeritoriis operibus prævenire, idque seminare in terris, quod multiplicato fructu possit recipere in cœlis, ad majorem omnipotentis Dei, ejusque cultus augmentum, reipublicæ christianæ devotionem et consolationem, disciplinæque Ecclesiasticæ decus, ornamentum et conservationem, novam Ecclesiam et Conventum Religiosis et Ven. monachis Cartusianis Instituti S. Brunonis in bonis suis propriis et hæreditariis, Berezæ dictis, in Dioecesi nostra Luceoriensi, pia quadam et laudabili munificentia ac prodigalitate, de novo fundare, erigere et dotare voluit, prout quidem jam ereno optimo in honorem Illmæ Trinitatis et Illmæ Virginis Matris Mariæ, totiusque curiæ cœlestis, insigne æternumque pietatis suæ posteris relinquendo exemplum, tam in dicta sua hæreditaria Rezæ, quam in aliis bonis in originali fundationis exemplo et specificatis fundavit, erexit et dotavit, et a nobis, ut proprio Loci ordinario ~~et Fundi~~ ordinario, omne postulavit, ut insertam, ipsius Fundationem ab ipso coram Sereno Joanne Casimiro Rege electo recognitam, et a prædicta S. R. Mtate acceptatam, et in actis majoris Cancellariæ M. D. L. insertam, indeque authentice extraditam, manuque ejusdem sacræ Serenissimæ Majestatis subscriptam, sigilloque dictæ majoris Cancellariæ M. D. L. munitam, et roboratam, nobis quæ in forma magna descriptam, præsentatam, et porrectam, authoritate nostra ordinaria approbare, confirmare, illique perpetuæ firmitatis robur adjicere in Dei nomine dignaremur. Quarum quidem fundationis litterarum authentica ex majori Cancellaria M. D. L. extraditarum, de verbo ad verbum sequitur, et est talis:

Joannes Casimirus Dei gratia Rex Poloniæ etc. etc. ut supra

Quibus quidem fundationis litteris a nobis visis, lectis et mature consideratis, facta prius loci pro ædificandis Ecclesia et monasterio prædictis, a prædicto Illmo D. Patrono et Fundatore destinati, per Commissarios nostros a nobis deputatos, diligenti revisione, præsentiam bonorum

prov entuemque pro sustentatione dictorum Patrum Cartusianorum assignatorum inquisitione, aliisque premissis de Jure et consuetudine Regularium locorum et personarum reformationem promittendis juxta prescriptum Bullae Decr. VIII quae incipit = Quoniam ad instituendam movendam etc. ... nihil contra aequitatem, vel in praejudicium alterius monasterii, sive Ecclesiae alicujus, nec contra sacros Canones ac Bullas Summorum Pontificum super erectionibus novorum monasteriorum et Ecclesiarum emanatas, ac praecipue praefatam Bullam Clementinam adinvenientes, imo exactam et sufficientem in eadem dicta fundatione ordinationem, dispositionem, bonorum non modicam assignationem, eximiamque praefati Illmi fundatoris in Ecclesiam, Deique cultum pietatem et liberalitatem contemplati et admirati, ipsam fundationem tanquam opus Deo et hominibus peregratum, (ut aliorum mentes ad similia sancta et pia opera peragenda incendantur sententiam Apostoli animo volvendo: Et omnes stabimus ante tribunal Dei, sive bonum sive malum prout in corpore gessimus, recepturi) approbandam et confirmandam esse duximus, prout authoritate nostra Ordinaria, tenore praesentium, cum plenitudine Juris canonici, ac omnibus melioribus via, jure, modo, forma et stylo, quibus possumus et valemus, praefatam novam fundationem et erectionem ven. monachorum Cartusianorum sicut praemittitur, in Berga, ab Illmo Deo Fundatore praedicto factam, institutam et ordinatam, cum et in omnibus punctis, clausulis, conditionibus, ordinationibus, praescriptionibus, impositionibus, oneribus et obligationibus in eadem fundatione expressis, contentis et specificatis, approbamus, confirmamus, perpetuumque illi firmitatis robur adjicimus, sicque per nos approbatam et confirmatam, authoritate nostra Apca declaramus, nunc et in perpetuum esse volumus. Et ut hujusmodi piae et laudabilis fundationis sanctaeque erectionis, ac optimi Fundatoris liberalitatis apud posteritatem perpetua existat memoria, praesentes litteras tam fundationis praefatae, quam nostrae confirmationis ad Acta Consistorii nostri ingrossari fecimus et mandavimus. Volumus praeterea et concedimus, ut penes praefatum Illmum Fundatorem, ejusque legitimos successores et haeredes sit facultas circa eandem Ecclesiam et monasterium ac monachos in eodem pro tempore degentes, omnia quae eis in augmentum et melioracionem praemissorum resultantia, salva semper authoritate et jurisdictione nostra Ordinaria, prout de Jure, faciendi, ordinandi et instituendi in Dei nomine. Quapropter in virtute Spus Sanctae obedientiae mandamus et serio praecipimus dictis ven. Religiosis Cartusianis pro tempore in praefato monasterio degentibus, suisque semper honoribus, praerogativis, exemptionibus et privilegiis juxta suum Institutum gaudentibus, ut hujusmodi fundationi sanctae in omnibus et per omnia, quoad onera, obligationes et divina exercitia ab ipso Illmo F. Fundatore ordinata

praescripta et imposita diligenter et incessanter respondeant et satisfaciant, et ab omnibus aliis quarum interest, responderi et satisfieri procurent; super quibus omnibus conscientiam dictorum Religiosorum oneramus in Dei nomine. In quorum fidem praesentes manu nostra subscripsimus et sigillo nostro communiri fecimus.

Dat. Varsoviae, die 27 Januarii A° 1650. – Andreas Gembicki Episcopus Lucoriensis et Brestensis mpp.

30 martii 1650. – Confirmatio cum Parocho Berezano ratione decimarum ab Illmo Loci-Ordinario confirmata. –

Andreas Gembicki, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Lucoriensis et Brestensis, universis et singulis praesentes nostras visuris, lecturis, sive legi audituris salutem in Domino. Significamus praesentibus nostris, quod portavam Illmus et magnificus D. Casimirus Leo Sapieha M. D. L. Vicecancellarius, Storimensis, Volkensis, Lubomanensis Capitaneus, Oeconomiae Brestensis Administrator et Divina inspirante Clementia, in bonis suis hereditariis Berezensem Ecclesiam et conventum Religiosorum PP. Cartusianorum Ordinis St. Bruno[nis]; authoritate nostra Ordinaria, praemissis omnibus de jure et consuetudine praemittendis, pia et laudabili prodigalitate fundaverit, ut etiam Ecclesia Parochialis Berezensis antiquae fundationis, tum Altaria similiter in eadem erecta et sufficienter dotata, ac simul Rector dictae Ecclesiae et Capellae, ejusque successores circa bona et jura sua antiqua, uti decimas aliosque proventus, in pacifica, certa et secura stante modernam totius dominii sui dictorum bonorum Berezensium in praefatos religiosos translatione et mutatione, remanerent possessione, a nobis serio et instanter postulavit, et de antiqua dictae Parochialis Ecclesiae fundatione originali in Archivo nostro inter Acta Episcopalia asservata, a nobis certior fieret et edoceretur. Ut etiam praefati Religiosi PP. Cartusiani in una praedicta bonorum Berezensium successione, onera et obligationes aliosque proventus ex vi fundationis antiquae praefatae ad dictam Parochialem Ecclesiam et Altaria ab antiquo pertinentes, non ignorarent, verum in integrum eidem Ecclesiae et Altaribus ut par est, reddirent et persolverent. Cui postulationi et instantiae Illmi D. Fundatoris libenter animo annuentes, licet de jure Parochialis Ecclesiae, nullum unquam praejudicium pati potuisse dignoscatur, dictam originalem fundationem ex Archivo et Actis Episcopalibus sine mora extradi mandavimus, literas vero commissionales, super revisione bonorum quorumvis dictae Ecclesiae et proventuum ac decimarum in personam Perillustris et admodum R[evere]di D. Laurentii

Zaleski, canonici Luceoriensis, Praepositi Pruzanensis et Sielecensis, S. R. M. Secretarii instituimus, qua diligenter peracta dictorum bonorum revisione Ven. a Religiosus in Xto P. Joannes Hagen, dicti Conventus Cartusianorum Rector, nomine sui conventus coram praefato a nobis deputato super his Commissario, in praesentia Illmi Fundatoris et Adm. Rdi D. Stanislai Wroblewski, Parochi Berezensis, constitutus personaliter asseruit, et plane ac libere declaravit: quod nimirum ex parte sui Conventus Berezensis et Fratrum suorum Religiosorum, fundationem antiquam Parochialis Ecclesiae Berezensis in integrum, prout de Jure, circa bona, decimas et proventus procul dubio permanere in suo robore debere intendebat et volebat, his tamen additis et mutatis, si praefato Parocho placuerit et consensus noster accesserit, nimirum: ut loco decimae manipularis omnis grani, tam ex curiis quam agriculturis, etiam conduci solitis, ad aulas Conventus Berezensis spectantibus, quam ex jugeribus omnibus hactenus cultis, aut in futurum colendis, ex quibus Decima manipularis exigi posset singulis annis (in quibus tamen casus fortuiti excipiuntur) sine ulla defalcatione pro festo S. Jacobi Apostoli, die 25 julii incidente, praefatus V. P. Rector, vel superior Conventus ejusdem et successores ejus florenos 300 monetae Polonicae dare vel solvere teneantur, quietationes a dicto R. D. Parocho recipiendo, insuper ut incisio lignorum in sylvis et bonis Berezensibus pro necessitate quavis Ecclesiae et Parochi ac subditorum ejus omnium, ad primam fundationem spectantium, non autem pro venditione, juxta fundationem sit libera; et ne alieni subditi sub praetextu Parochialis Ecclesiae subditorum sylvas ingrediantur, attestatoriae seu Kwity a Parocho Ecclesiae dabuntur Custodi sylvarum, Cum vero majores arbores exscindendae erunt pro aedificiis, cum scitu R. P. Prioris conventus, vel ejus vices gerentis id fiat. Item molitura quamvis in fundatione Parochiae non sit expressa, in molendino Berezensi pro tunnis Berezensibus ordinariis siliginis 16 brasii vero, alias stodu pro tunnis 20 a RR. PP. Cartusianis vigore modernae compositionis, sine mensurae, vulgo miarki, exactione, liberam R. D. Parochus et successores ejus habeant. Item medium lapidem cerae pro usu Parochialis Ecclesiae dictae, continentem libras 18 singulis annis juxta fundationem primaevam dicto R. D. Parocho dare teneantur. Quae fundatio sicuti per omnia et in omnibus stricte et inviolabiliter a RR. PP. Cartusianis observari debet, ita R. D. Plebanus vicissim a dictis Patribus eorumque subditis, vel bonis quidpiam, quod in praefata fundatione expressum non sit, quovis modo exigere, vel per suos levare aut attentare nullatenus praesumat. Quibus omnibus et singulis praefatus D. Parochus libere, dum nil in suum damnum et praejudicium agnosceret, consentiens unanimiter ipse, et praedictus V. F. Joannes

Hagen nomine sui conventus totius, coram praefato Commissario nostro ad praemissorum omnium et singulorum observationem sub Vadio 300 florenorum sese submiserunt et promiserunt, et hanc eamdem complanationem et compositionem una cum Generosis DD. Stanislao Potubinski Vexillifero terrae Stonimensis et Christophoro Antonio Obrinski S. R. M. Secretario testibus, manu propria subscripserunt, salvâ in integrum in reliquis originali fundatione manente. Quare nobis unanimiter supplicaverunt, ut praefatam inter ipsos compositionem authoritate nostrâ Ordinariâ approbare et confirmare dignaremur. Quibus supplicationibus annuere volentes, dum pastoralis sollicitudo nostra postulat, ut ea quae in securitatem, indemnitatem et stabilitatem ac augmentum bonorum Ecclesiasticorum concernunt, sedulo attendamus et pro viribus procuremus et promoveamus, attento quod dicta compositio sive complanatio non in damnum et praejudicium Parochialis Ecclesiae Berezensis, imo vero in evidentem ejus utilitatem, commodum et pacificam resultet possessionem, praedictam compositionem sic ut praemittitur, inter praefatos R. Parochum et Religiosum ac Ven. Rectorem Cartusiae factam, et unanimiter conclusam, confirmandam et approbandam esse duximus prout authoritate nostra Ordinaria tenore praesentium, cum plenitudine Juris Canonici ac omnibus melioribus via, jure, forma, modo, quibus possumus et valemus, inhaerendo Bullae Urbani VIII super compositione Decimarum coram Locorum-Ordinariis facienda huic Regno concessae, confirmamus, approbamus, salvâ in reliquis aliis originali dictae Parochialis Ecclesiae Fundatione: ad quam et ad omnia in eadem contenta praefatos Religiosos Cartusianos et successores illorum, eorumque Conventum Berezensem teneri ac obligatos esse ac fore volumus et declaramus. In quorum fidem praesentes manu nostra subscripsimus et sigillo nostro communiri mandavimus.

Dat. Janoviae die 30 martii A° 1650

Andreas Gembicki Episcopus Luceoriensis et Brestensis, mpp.

In his documentis omnis firmitas et robur Cartusiae Berezanae constitit. Perpende singularem Ill.mi Fundatoris modum in perficiendo negotio: In comitiis Regni Generalibus litteras fundationis conscribit, has imprimis plurium gravissimorum Senatorum testimonio roborari facit, mox Regiae recognitioni, praestito super legalitate fundationis juramento, subjicit; quas Rex clementer suscipit, approbat, subscribit, confirmat Actisque Cancellariae majoris M. D. L. ingrossari demandat. Deinde Ill.mus Fundator etiam ab Episcopo Loci-Ordinario approbationem et confirmationem fundationis, ac non diu post complanationem cum Parocho super decimas procurat, sicque ex omni latere Patrum nostrorum securitati et quieti quam optime prospicit;

His ut supra opera Ill^mi Fundatoris in perfectum deductis, VV Patres primi hujus fundationis alumni, de quorum labore hoc anno hucusque exigua mentio facta est, in aula Ill^mi D. Fundatoris (forte adhuc in Zdzięcioł. vide Epist. Fund^is 24 maii 1646. ad 1 hus.) praesentem 8^tam annum sanctis exercitiis Ordinis Cartusiensi consuetis, simulque laboribus quotidianis circa aedificia futurae Cartusiae intenti, complevernnt. Qui tam prudentiam, quam piorum votis satisfacientes, utpote viri huic negotio satis idonei, gratias et beneficia ad S. Crucem concessa, non minus fideliter quam diligenter inquisiverunt, relataque successoribus conscripta reliquerunt in hunc modum: A^o supradicto hyemc instante, cum dira a fames urgeret regionem, premerentque simul indicta summalia (contributiones militares) aliaque ejusmodi populi incommoda: quibus oppressi multi, vel omnino miserabiliter tabescebant, vel quod magis in voto, citius extinguebantur, mutu factum, divino, ut plane eodem tempore Ill^mus D. Fundator ad consulendum, tum Cartusianae instituum fabricae, tum ad sublevandam tantam plebis inopiam, de congerendis et convehendis ad Cartusiam undique lapidibus cogitaret: quos itaque avidissime pro salutione comportarunt et vel curribus, vel trahis, vel humeris, ut quisque poterat, loco a Ven. Patribus destinato intulerunt.»

Addenda ad an. 1650 ex Archivo D^ni Dantisci.

In ch. cap.: Missa de Spiritu S^to pro Illmo D. Fundatore ut a^o 1649. Rectorem novae plantationis Beregensis in Lithuania, praefecimus in Priorem. — Concedimus Fratribus Polonicae, ut festa S. Stanislai Episcopi et martyris et Casimiri confessoris Patronum Regni cum 12 lectionibus possint celebrare.»

Litterae Ill^mi Fundatoris ad D. Priorem D^ni Dantisci: «R. R. in X^to P. D. Amice colende, ex illo residuo pecuniarum, quas V^da P^tas vestra accepta at pro argento Gedani parando, rogo reddat florenos 153 pro iconibus, quos mihi obtulerat Varsaviae. Cum vero acceperit pecuniam hanc, scribat aliquot verbis se accepisse illam, ego vero curabo monstrantiam ex argento parari Vilnae, Deo dante, pro Cartusiana a Beregsna. Commendo me interim gratiae et sacris orationibus Ven. P^tis vestrae. Dat. Varsaviae 15 jan. 1650. V. P. vestrae addictissimus amicus et servitor. Casim. Leo Sapieha Pro cancell.

Ex his habes discente Priorem D^ni Dantisci Ill^mum Fundatorem Varsaviae convenisse, et negotium fundationis promovisse.

1 Junii 1650. Litterae R. P. Generalis ad Priorem D^ni Dantisci: «Ven. in X^to P. Nihil mihi gratius potest accidere, quam si V. P. crebrius certiorem me faciat de iis rebus et negotiis, quae vestram domum

illasque novas plantationes, quarum curam geritis, concernere et spectare dignoscuntur. Ne igitur quaeso, parcatis calamo, ut sic consideremus simul nostra omnia et sciamus, quod magis conducat singularum domorum utilitate, conservationi et bono..... Rectores duarum plantationum (Gillensis et Berezanae) instituimus in Priores, ad majorem illis honorem conciliandum, et curas ipsorum in aedificationis opere animandas; spero, quod id gratum habebit vestra Paternitas, cujus precibus me intime commendo

Cartae 1 Junii 1650. Vester in Dno confrater. F. Joannes, Prior Cartusiae.

17 Junii 1650. – Litterae V. P. Convisitatoris ad D. Priorem Ds Dantisci: « In Xto Jesu, A. V. P. Prior. Missus hoc anno ad Capitulum gen. a Vdo P. Visitatore, proposui vestras petitiones, et quidem permissionem celebrandi festa SS. Stanislai et Casimiri, sicut et participationem Ordinis m. D. Brzostowski facile obtinui. Verum cum pariter urgerem pro Illmo D. Pro-Cancellario novum aliquod Ordinis beneficium, opposuit D. Scriba Capituli, asserens pro nunc debere sufficere missam de Spiritu Sto contentualem, quam habet per tot. ord. Nolui importunius agere, pro eo quod sperem anno futuro vestram Ptem in propria persona venturam, et ibi per se facturam, quod sibi expedire videbitur, nec dubitet quin vester ascensus ad Cartusiam et Rdo Patri et toti Capitulo sit futurus gratissimus, uti ipse Rdus P. mihi fassus est. Conclusum est in Capitulo duos Rectores istos praefici debere in Priores, ut tanto alacriores et constantiores sint in perferendis et superandis istis difficultatibus novellarum istarum plantationum. Benedicat illis Deus.

Dat. Rutilae 17 junii Ao 1650. V. P. V. humilis servus et confrater. – F. Barthol. Gerbel Prior Rutilae

13 augusti 1650. – Ex litteris P. Visitatoris ad D. Priorem Ds Dantisci: «.... Habui rationabile motivum, quare V. P. Carolum evocaverim ex domo S. Crucis et miserim ad domum Paradisi. Neminem judico, nisi audita utraque parte. Deus reddet unicuique juxta opera sua.... Quando venerit ad vos P. Carolus, inhibeatis illi statim meo nomine, ne de ullo sinistre loquatur, alias seipsum suspectum reddet. Quod vero illius obedientiales mittere distuleritis, non improbo ob rationes allatas. Ecce mitto vobis chartam blancam (ut vocant), formatis illis mittendis obedientiales scribendas uno charactere per aliquem ignotum. Quantum ad potestatem vestram disponendi de illis novellis domibus commonebo Rdum Patrem, spero tamen quod Rta vestra se illi proximo Capitulo praesentabit.

Leviris 13 aug. 1650. – F. Michael Arnoldi

18 sept. 1650. – Participatio Ordinis Illmo Protectori domus Berezanae concessa. –

F. Joannes Prior Cartusiæ ac totius Ordinis cartusiensis Minister Generalis Illmo D. Paulo Sapieha Palatino Vitebscensi, Rostaviensi, Zditoviensi etc... Capitaneo et Ill^mæ D^næ D. Annæ Kopciowna ejus consorti florentissimam salutem. Cum plurimum nos Illmo D^no M. D. Cancellario, cartusiæ Rezgaviæ Fundatori amplissimo debere sentiamus, quod nostri Instituti hominibus Domum ab nova radice sub Lithuanico cœlo religiosissima posuerit, quod eam copiosis redditibus munificentissime donaverit, quod sacra supellectili templum ejus pulcherrime instruxerit; vel hoc solo tamen nomine gratias eidem habebimus immortales, quod te Ill^me D^ne, Protectorem, donec ille suæ post fata sua olim futurum benignissime ac sapientissime provideret. Nec enim alia re ulla suum in nos amorem luculentius testari, nec Domum illam potentiori munire præsidio, vel veræ virtutis cupiditatis amantiori viro commendare, nec illa sub ampliori vel magis beneficio culmine felicius poterat assurgere. Certe jam scit Ill^mæ D^nis tuæ benevolentiam et liberalitatem experturum esse V.P.R. Joan. ab Hagen, primus ille Domus Prior nobis nuper insinuavit, pro qua, cum unum corpus, diversis licet in domibus ac regnis omnes non simus, qui nostra præsentione censemur, acquirimus, judicamus omnium nostrorum vota præsesque tibi Ill^me D^ne, suffragari, quos ni illius domus fovendis ac promovendis rationibus omnes obstrinxerit. Itaque tenore præsentium plenam tibi et Ill^mæ D^næ Annæ Kopciowna consorti tuæ, religionum omnium exercitiorum nostrorum, missarum, vigiliarum, orationum, jejuniorum, eleemosynarum et aliorum, quæ per totum Ordinem divina favente clementia fiunt, ac imposterum fient, participationem sincero gratoque animi affectu decrevimus. Volumus quæ ut cum vester ad meliorem vitam transitus fortemens a longa sanctæ Florentisque spatia nobis fuerit interim actus, injungantur in Capitulo nostro gen. missæ et alia suffragia pro animarum vestrarum remedio, per tot. ordinem exolvenda. Interim Deum orabimus, ut cœlo mente assiti, quidquid in rebus humanis vulgo suspicitur, tanquam infra vos jacens, ex alto despiciatis, et majores sæculo, ea sola concupiscatis, quorum æterna possessio est et beata fruitio.

Dat. Cart^æ sub chyrographo et sigillo nostro 18 sept. 1650. F. Joannes, Prior Cartusiæ. sig. Hanton

§ De hoc amplissimo Protectore lege literas fundationis supra datas, et testamentum Fundatoris ad an. 1656. circa mense

---

1651. — Annus 4us Fundationis

A.° 1651 Ven. Patres, primo et secundo Fundationis anno nonagesimo, opera quod jam exparte Aquilonari non perfectum fuerat, diligenter insistentes: ita laboribus externis dediti erant, ut etiam spiritualibus parum intenti, quæ in Rula Lapiechana a Beregæ, ordinis Cartusiensis more persolvebant, structura cartusiana futuræ gratiæ mensa erat sub directione eorum, multiplicabatur passim in Lithuania fama servorum Dei Cartusianorum, tantoque erant cunctis gratiosiores, quanto SSmæ Crucis, ejusque honoris et adorationis fuerant promotores diligentiores. Intonuit nomen SSmæ Crucis miraculose in tota Lithuania et Polonia, quam diversarum calamitatum oppressi visitabant, non sine consolatione petitionis suæ effectum assecuti recedentes. Non desunt ad hanc usque diem vivum testimonium perhibentes gratiarum per devotam SSmæ Crucis adorationem perceptarum. Illam Dominus promissionem hoc in loco adimplevit, quam Salomoni pollicitus est: Quicumque oraverit in loco isto, exaudiam illum de cœlo firmissimo habitaculo meo. Necdum domus hæc SSmæ Crucis perfecta fuerat, etiam Dominus mirabilium suorum abyssum in eadem omnibus innotescere voluit: manifeste demonstrans, successuræ temporis uberiores in hac plantatione fructus orituros, qui non tantum corpora in languoribus resocillarent, sed animas et corda, Deo gratissimum holocaustum vivificarent. Sane non absque mysterio divino Cartusiensis ordo in Lithuania coepit, qui propter curam propriæ salutis tantum institutus, et ideo multis infensus est. Convertit Deus corda omnium adversariorum in considerationem divinorum mandatorum, quæ Salvator noster exposuit: quid prodest homini si universum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur. Quæ sententia Dominica, ut cordibus humanis imprimeretur, vitam illam propriæ tantum salutis curam habentem sibi dilectam, ut demonstraret miraculorum modo in confirmationem dilectionis ejusdem usus est, et ita quæ prius fuerat ab hominum eloquio alienata, per demonstrationem mysteriorum Dei facta est dilecta, Christum elaturæ ante vitæ Cartusianæ insaniæ, similisque suasionis Illmo Fundatori exponebatur: aut ubi effloruerunt fructus divinæ gratiæ sublimes, abierunt retrorsum. Quotquot prius ordini sancto contradixerunt, sibi invicem proponentes: Nos existimabamus vitam illorum insaniam, et ecce quomodo sors illorum inter electos Dei? Ecce quomodo ad S. Crucem illorum oranda, videbant, et audiebant, depressi mundabantur. Negaque unquam Deus miraculis locum istum confirmasset, nisi sibi in vita Cartusiana, cui hic locus præparabatur, complacuisset. Loquebantur mirabilia Dei cunctis audientibus omnes, qui per visitationem S. Crucis resocillationem corporis vel animæ adepti

sunt, et aperta voce persolebantur in loco isto esse Domum Dei et Portam coeli. Neque aquam silentio contegendam, voluit Deus misericordiam suam, quam in loco isto hominibus innotescere voluit, et licet veri Patres loci istius silentio potissimum exornari studuerint, non tamen defuerunt alii, qui locum istum loquendo et scribendo sanctum esse testati sunt, in quo gratiae Divinae cunctis devote pascentibus impertiuntur. Plura non inveni hoc anno gesta, de quibus longior notitia esset, nisi vita solitaria, cujus nequaquam inter quotidianas aedificii curas primi veri Patres oblivisci debuerint, infra dicis et.» D. Schwengel addit: «Sermo iste nihil confert historiae domus, sed neque in Archivo Dni Dantisci quid notabile referitur, quod huic anno conveniat praeter minuta sequentia:

Addenda ad an. 1651 ex Archivo Dni Dantisci.—

In charta Cap.: Missae de Spiritu S^o num. 12. Addita hic est missa pro Illmo Procancellario m. D. L. ati praeteriti anno.— Inferius: missae de B. V. M^a num. 12. Pro omnibus Benefactoribus Cartusiae majoris in ejus recedificatione, necnon cartusiae Lugdunensis et aliarum novarum domorum ordinis nostri, et specialiter pro Illmo D. Casimiro Leone Sapieha Procancellario m. d. L. Fundatore amplissimo novae Dni S. Crucis prope Beregas in Lithuania, Ill^mae ejus consorte et pro ref.... fiat id eam.— Ad hucinferius: Priori Dni Beregensis non fit mita.

1 Julii 1651.— Ex epistola V. P. Visitatoris ad D. Priorem Dni Dantisci: «.... Spes averam, meliora et saniora audire de domo Beregensi.... Fecerit hoc in finibus vestris plantata et confirmata; rogabit R^dum Patrem, ut mittat commissarios, qui omnia lustrent et in ordinem dirigant; optarem, quod tot essent domus in Polonia, quod possit per eas Provincia a nobis separata, non amplius ab invicem distamus. Prior Beregensis jam dudum nihil mihi scripsit, licet illo. nustricis et aliis scripserit, nisi invicem, quasi post bienium, sit reversurus. Quod P. Carolus (prof. Thevicensis ex Dno Beregana reportavit emtatus ad Dnos Dant.) bene habeat et valeat, gaudeo intime. Deus illum confirmet et conservet annos, quem ego plurimum et cordialiter saluto; alias cum nihil otium, fecerit, sigillatim perscribam.....

Thevicis 1 Julii 1651. P. Mich. Arno Dr Visitator.

27 sept. 1651.— Ejusdem adenndum: «Pax X^ti. S. V. in X^to P. Accepi vestras. Gaudemus et gratias agimus Deo exercituum, qui tales victorias concessit Regno Poloniae contra inimicos Ecclesiae (Cosacos et Tartaros qui post fugam nuntiam, adhuc Junii 1651 ex Polonia penitus profligati sunt et in sede sua reintegrata est) vicissimque omnibus qui insurgunt contra illam, ut

Dissipentur et pereant..... Doleo multum, quod P. Carolus Laboret istis suspicionibus et multo magis, quod non obedi at vestris consiliis. Certe nemo laeditur nisi a seipso, si sciremus illum hic curandum, non dubitaremus recipere... Leviis 27 sept. 1651. P. Mich. Arnoldi m.p.

17 Dec. 1651. - In litteris V.P. Subpriori Capituli gen. ad D. Priorem Dⁿ Dantisci: «... V. P. Prior Berezanus subibit R^do Patri nostro se transmisisse Instrumentum compositionis domus nostrae, sed illud nondum recepimus. Nescio an ad manus V.P. vestrae saltem pervenerit (habetur supra). Gaudemus hic de pace quam redditam audimus Regno Poloniae. Deus conservet illam. Cartusiae 17 Dec. 1651. P. Joannes Chavet Subprior R^mi Patris.

1652. — Annus 5us Fundationibus. —

Ao 1652 morbis incursionibus Cosaccorum et Tartarorum annus praesens est fatigatus: ex quibus patet quanta mala eo tempore tota Polonia et Lithuania perpessa sit. (Gratis hoc admittit Berezanus revera sit, praefligatis ex Polonia et Lithuania anno praecedente Cosaccis et Tartaris, ac pace redita uti supra dictum est, notat D. Schwengel.) —

Hoc tamen calamitatis caeco de Cartusiae nostrae primis Patribus regnum annus visum est, invehitur. Primi 6 ves. Patres per integrum quinquennium in aula Ill^mi D. Fundatoris, medii circiter quadrantis horae spatio a Cartusia remota, manserunt, atque hoc quinquennio praeter grassantes ubique Tartarorum Cosaccorumque turmas, saepe turbati et pavidi, Deiparae misericordis protectionibus ab omni hostium incursu liberi et immunes mansere praeservati: qui diligentius hoc anno exstruendae Cartusiae intendebant, ut futuro ad hucem Dni ex aula Ill^mi D. Fundatoris se transferre possent. Coelebant pariter et multiplicabantur fides catholica, auxilium in diversis angustiis corporis et animae sub miraculosa S. Cucae portantes et obtinentes. —

Notat D. Schwengel: « Sane hoc ipsum (6 Patres primi Cartusiae Berezanae) dein saepius repetit, nullibi tamen hos 6 primos Patres denomine recensetur. Istis D^ni Dantiscani lego non plures quam 5 pro prima plantatione Berezam missos esse. Idque in autumno anni 1648, nempe:

1. D. Joannem ab Hagen prof. et procuratorem D^ni Hoganticae pro Rectore novae plantationis Ber.
2. — D. Antonium Ziegler prof. D^ni Dantiscani ——— pro vicario.
3. — D. Casparem Cochedium prof. D^ni Dantiscani ——— pro procuratore
4. D. Philippum Buiger prof. D^ni Dant. 5. D. Carolum Wolschleger prof. D^ni Brecinensis,

qui vero ante finem anni 1650 ad Domum Dantisci translatus est.

Hæc hi omnes in aulâ Berezanâ continuatim mensi sunt. Dictum est superius Ill^mum Fundatorem ad an. 1649 P. Rectorem cum nonnullis Patribus ob metum Cosacorum in Zbiesk occultasse. Quamdiu tamen ibidem hi steterint, compertum non habeo. P. Casparum procuratorem, cæteris animo sic rem, crediderim semper Berezæ mansisse. Huc spectant quæ Annalista a° 1654 per errorem adscripsit de morte Ill^mæ Fundatricis, nempe:

„A° 1652, die 24 oct. Illma Fundatrix nostra Theodora Christina Comitissa a Larnow, selectissima consors Ill^mi Fundatoris nostri moritur Stoniimi, vixit an. circiter 82, publicis dolore relicto, quia et procuratura morte et absque relicta prole. Multum et diu contristavit occasus bonæ memoriæ Ill^mum Fundatorem, atque ad eo in votis habuit, omnibus postpositis tam publicis quam privatis, ad castusiam novam, decenti posita domo, vitam privatam ducere; sed in aliqua tempora non permiserunt. Vix enim sepulturam conjugi persolvit Vilnæ apud moniales S. Francisci, eius bonæ memoriæ parentis fundatas, statim pestis grassata est per Polonian, et Lithuanian, incipiendo ab autumno, usque ad alterius anni hyemem, benigne tamen Berezam præterendo.

Epistola Ill^mi Fundatoris de obitu Consortis suæ ad P. Pioren, P. Dantisci: „Placuit divinæ Majestati vocare ad se conjugem meam dilectissimam, et mihi omnibus meis vitæ solatium, et dimidium animæ meæ; die 24 præsentis extincta est. Unde mihi incredibilis angustia et mœror. Solatur me tamen ejusdem divinæ Bonitatis erga nos singularis clementia: quod animam, socialem hucusque habentem, cœlo destinaverit, recipiendam eo citius quo frequentiora suffragia ei conciliavero. Hinc est, ut summis precibus rogatam, esse Vestram Paternitatem velim, dignetur oblationibus Patrum, sacri mi Ordinis concessoque nuper sibi a R^mo Patre beneficio, animam defunctæ juvare. Ipsum affectum hunc singulari obsequio et benemerendi studio meo libentissime referam.

Dat. Derewna 28 oct. 1652. Casim. Leo Sapieha Roccancellarius.

Obitus Fundatricis denuntiatur in charta Cap. 1653 his verbis: obiit Illma D^na Christina Theodora magni Ducatus Lithuaniæ Comitissa in Larnow, Fundatrix D^ni Berezæ amplissima habens testic. singulare per tot. ord. et annivers. perp. scribi in Kal. dom. sibi die obitus sui qui fuit 24 oct. et in ch. 1654 dicitur: ob. Illma D^na Theodora M. S. L. Ro. cancellaria, comitissa Larnowska, Fundatrix D^ni Berezana amplissima, habens plen. mon. ch. per tot. ord. (cujus testam. et annivers. ante præcepto fuit denuntiatum) et miss. de B. V. M. per tot. ord. —

Ex ch. Cap. 1652: « Missae de B. V. M. Pro Ill.mo D.D. Casimiro Leone Sapieha, Pro-cancellario M. D. L. et Ill.ma ejus consorte; qui magnificus Sapieha est fundator amplissimus novae D. S. Crucis prope Berezam in Lithuania. » Et inferius: « Priori D. Berezensis in Lith. non fit mia. »

1653. — Annus C.us Fundationis. —

« A.o 1653 venerunt ex provinciâ Rheni V.di D.D. visitatores (De aestate anni praesentis (ait Schwengel) omnes 3 domus Poloniae ex singulari mandato R.di P. nostri Generalis, per VV. DD. Barthol. Geubel Priorem D. Rubiloe conv. pro v.e Rheni et D. Chrysanthum Gartzweiler Priorem D. Coloniae, in socium assumptum visitatae sunt) nascentem hanc cartusiam visitaturi. Charta autem hujus visitationis, an antecessorum nostrorum plurimis circa aedificia curis occupatorum, incuria deperierit, an obstruso quopiam in loco adhuc recondita lateat, nescio: illam reperire hucusque nullus potuit. Illius tamen visitationis ordinationi adscribendum non dubito; quod Ven. Patres se ad S. Crucem transtulerint. Hucusque enim in aula Ill.mi Fundatoris habitaverunt.

Illo anno Cartusia postulatis habitatoribus est exornata: ubi jam 6 cellae ad septentrionem paratae erant, aliaque aedificia atque adm. VV. DD. Visitatorum praesentiâ prima vice decorata. De quibus absque omni dubio plura scripta fuissent, si charta illius visitationis inveniri potuisset. Hoc tamen non obstante, satis prolixus sermo hujus anni de miraculis S.tae Crucis nostrae exstat, quem ego propter temporis brevitatem omittere sum coactus. »

Addenda ad an 1653 ex Archivo D.s Dantisci.

Ex ch. Capit: « Missae de B. V. M. Pro Ill.mo D.D. Casimiro Leone Sapieha, Pro-Cancellario M. D. L. fundatore amplissimo novae D.s S. Crucis prope Berezam in Lithuania fiat idem. » — Et inferius: « Priori D.s Berezensis in Lith. non fit mia. »

5 dec. 1653. — Ex litteris R. P. Generalis ad D. Priorem D.s Dantisci: « ... — de statu novarum plantationum sum informatus a Patribus Visitatoribus. Dura lex, obligatio ista, mittendis sumptibus suis milites ad bellum, et illis arma et expensas ministrandi. O dura lex!

Cart.ae 5 Dec. 1653 Fr. Joannes, Prior Cartusiae.

§ Recaduit (ait Schwengel) anno praesenti bellum in Polonia cum Moscis, quorum tutelae cosacae rebelles post profligationem se subdiderunt. Pro cujus expeditione fortassis Berezani de bonis suis milites aliquot statuere debuerunt. Huic illae exclamationes R.di Patris. »

1654. — Annus 7us Fundationis. —

« Aº 1654 primum hujus novellae Cartusiae Priorem, V. P. Joannem ab Hagen, alias professum ac olim procuratorem Domus Moguntiae, de hoc temporali regimine transtulit ad locum quietis sempiternae. Cui exiguo tempore hic optata licuit valetudine perfrui. Vix enim parte ambitus cum 6 cellis a plaga aquilonari exstructis, infirmitate percussus, per integrum ferme annum in aula Illmi Fundatoris decumbens, sex propemodum annis in officio partim Rectoris, partim Prioris, non sine multis quod ratio dictat, laboribus exactis, migravit ad Dominum laborum suorum mercedem relaturus die 22 nov. anni praesentis. Corpus ejus sarcophago inclusum, reliqui 3 Patres juxta majus altare ad latus aquilonare prope murum consuetis Cartusiensis Ordinis coeremoniis sepeliverunt. »

Addenda:

ex ch. cap.: Missa de B. V. M. Pro Illmo DD. Casimiro Leone Sapieha etc etc... ut anno praecedente Priori Domus Berezanae in Lithuania non fit mia.

19 junii 1654. — Ex litteris V. P. Visitatoris ad Priorem Ds Dantisci: « ... multa hic infaelicia de regno Poloniae (aestuabat bellum moscoviticum praecipue in Lithuania, ait Schwengel) sparguntur, si vera essent, res nostrae in illis locis nullum habebunt progressum. Cuperem scire an nostri Berezenses sint adhuc in periculo. Quot sunt ibi religiosi? nomina ipsorum? quot habent cellas paratas, habitabiles, et quot et quos velitis eo mittere?.. Leviis 19 Junii 1654. F. Milh. Arnoldi visit.

1655. — Annus 8us Fundationis. —

« Dº 1655. Jucundiora affuere Cartusiae S. Crucis tempora, quibus absorpta est tristitia anni praeteriti, non enim reminisci poterant pauci licet numero, sed multiformi exornati virtute primi ven. Patres hujus novae coloniae afflictionis elapsae, ubi gaudia praesentia (in institutione novi Rectoris, Patris et consolatoris A. V. D. Caspari Cochelii, Treviensis patria, professus vero Domus Dantisci, olim Rectoris Ds Gidlensis, et hactenus procuratoris Ds Berezensis) illis affulgebant. Neque exigua Vdo Patri Visitatori in hac institutione affuerat laetitia, qui exhilaratus de novi Pastoris futuri perfectione, libenti animo commotus votis poscentium, praefecit eis eumdem postulatum in Rectorem; qui etiam eodem anno per chartam Capituli in

Priorem prosectus est. Imminutus quidem fuerat numerus in hoc sancto loco existentium Patrum, qui tantum fuerant 3 inclusso V. R. Priore, sed neque aquam et imminentia omnipotentia Dei, quae saepius in paucioribus praestantiora operatur, quam in pluribus. In eadem consisi opus in quo eas constituit Dnus, diligenter prosecuti, ita quidem, ut paucum post tempus aedificia, pro quibus fundamenta jam posita fuerant, in altum elegantes exstructa sunt: quod oculatius annis subsequentibus apparebit, ubi Ecclesia et coeterorum aedificiorum consummatis explicabitur.

Hic de Illmo D. Fundatore nostro mentio venit facienda: qui omni possibili conatu fundationem suam excellentissimam, tam in proventibus, quam in aedificiis, futuris saeculis plagrabat stabiliendam, spe sanctae excitatus retributionis semper aeternae: cui ne ullus obiecem ex parte sua poneret, sospes adhuc hoc in tempore statuit disponere de omni sua, ut ita multiplicatis talentis a Deo sibi creditis, jucundam valeret vitae consummationem obtinere, et in gaudium Dni, omnibus suis sancte et sapientissime dispositis, intrare. Conscripsit igitur manu propria testamentum sequens, et corroborari fecit subscriptione insigniem, Magnatum in hunc ut sequitur, modum,

30 Julii 1655. — Testamentum Illmi D. Fundatoris. —

« In nomine Patris et Filii et Spiritus St. Dei unius in Trinitate. Amen. Omnium fortunarum factorumque (abbrev.) actionumque in hum anae vitae curriculo finis est tumulus: qui cum sit oblivione sepeliens, cinerisque pulveris est sepulchrum: quod etiam ms. solummodo facit nos haeredes (abbrev.) mos tantum mortales facit esse haeredes. Quod ego Casimirus Leo Sapieha, Procancellarius M. D. L. Orszanensis (abbrev.), Volpensis, Lubozanensis (abbrev.) Capitaneus considerans, et frequentibus amicorum et domesticorum meorum funeribus edoctus, mortem, mortales, diem et horam, ultimam, ignorantes saepe numero imparatos (abbrev.), impoenitentes et indispositos (indispositos ad vitam) domui suae ab vita et judicio Dei visita, adhuc compos rationis, salvaque valetudine constitui domui meae disponere.

Acprimo agnosco magna Dei mei beneficia, ab ipso mihi collata, videlicet: quod sim natus parentibus Catholicam fidem professis (abbrev.), in hac educatus: in hac (quoque abbrev.) vivere moriqueparatus sum. Et fiduciam in misericordia Dei mei, Beatissimaque V. M. intercessione collocans, diem ultimum (sic mutato numero hoc loco in 31 corrigendum) claudere desidero, haud dubius: quod Deus (abbrev.) dives in misericordia indultis peccatis meis, non sit permissurus, ut haec subscripta mundo valedicam (valedicam ultimum diem abbrev.) absque poenitentiae sacramento, veniam meritus tam (abbrev.) sacramentis sanctis in exitu meo, suscepta atque sub alis protectionis suae misericors animam meam adusque habit animabus Sanctorum.

Ut autem ab obitu meo quam citissime anima mea precibus piorum adjuvetur, et pecunia

id est: e 26000 Hungaricorum (al. ms) quae, qui in ista mea reperiuntur, assigno 12000 florenorum Polonicorum (qui illico a morte meâ dividantur) pro missae sacrificiis celebrandis in refrigerium animae meae, hoc est: Vilnensibus Ecclesiis, ad S. Stanislai Ecclesiam 600 flor., S. Joannis 200 flor. Canonicis Regularibus S. Augustini ad Ecclesiam S. Petri 100 flor., Carmelitis ad Ecclesiam 00. 300 flor. Rursum iisdem (al. ms) ad Ecclesiam S. Georgii 300 flor. Patribus Dominicanis 600 flor., Carmelitis Discalceatis 600 flor., Dominis praesentiae S. J. 600 flor. ad S. Casimirum, PP. Bernardinis 1000 fl. PP. Bernardinis ad Ecclesiam SS. Petri et Pauli 200 fl. (al. ms) Varsaviensibus Ecclesiis: Dominis praesentiae S. J. 600 flor., Patribus Dominicanis 300 fl., canonicis Regularibus S. Augustini 100 fl., Carmelitis Discalceatis 600 fl., 300 (al. ms) Augustinianis ad S. Martinum 300 fl., Patribus Bernardinis 300 flor., Sisdem Ragae residentibus 600 flor. Czentochoviam (al. ms) Cziestochoviam pro missis 600 florenos, 300 (al. ms) Zyrowicias (al. ms) Zerowicias PP. Basilianis 300 flor., iisdem Bytenicum 100 flor., canonicis Regularibus S. Augustini qui sunt Krzemienicae 100 flor., Grodnam Patribus Dominicanis 300 flor., iisdem Patribus qui sunt Novogrodeci (al. ms) Novogrodeci et Minsci 200 flor., Patribus Bernardinis in Sepiezyn meae fundationis ubicumque locorum nunc sunt 600 flor., Brocen (al. ms) Brocen 300 flor., Grodnam (al. ms) Grodnam 600 flor. Brestam 600 flor., Slonimum (al. ms) Slonimum 300 flor., Nieswiezium (al. ms) Nieswiezium 300 flor., Rzetycza (al. ms) Rzetycza 300 flor., Jsuram 200 flor. Rudam 100 flor., Sokolam (al. ms) Sokolam 300 flor., Minscium 300 flor., Bonifratellis Novogrodecum 200 flor. Florenum pro una quaque missa; obsecrans eosdem sacerdotes religiosos, ut in tremendo missae sacrificio pro anima mea Deum optimum exorare dignentur. Hanc dictam divisionem ebemosynae, ejusque curam, ut in se suscipiat Ill^mus D. Paulus Sapieha, Palatinus Vitebscensis et Ill^mus ac R^mus D. Alex. Sapieha, suffraganeus Vilnensis, fratres mei obnixe (al. ms) exacte humiliter peto, in qua eorum conscientiarum repono. Deum meum ut quoniam Deum instratum (al. ms) offensum peccatis, placando, super Sapiezyn (al. ms) in Conventum Patrum Bernardinorum ordinis S^ti Francisci perpetuâ cum provisione mecnas ebemosyna eidem conventui assignata in bonis Skaga et Dabrowica dictis: ad Beregam quoque Conventum Patrum Carthusianorum ordinis S^ti Brunonis: novogrodecci Bonifratellos; Slonimi Canonicos Regulares S. Augustini: Nos liberi omni securitate suscipiis communiorem, obsecro nihilominus eumdem Ill^mum D. Palatinum Vitebscensem, ut eos in suam protectionem suscipiat, eos defendendo ab omnibus adversariis, utpote protector bonorum ipsorum. Eorum ipsis inscriptorum (al. ms) Vanentibus Patribus Canonicis Regularibus Slonimum a me introductis, si ante obitum meum 8000 florenorum non redidero, obligationem meam non recepero, tunc e vestigio post obitum (al. ms) exitum in eum tenebitur refundere (al. ms) refundere successor possessionis meae Zdzieciulensis (al. ms) Zdzieciulensis infra indictus (A) infrascriptus: quam summam Ill^mi Patribus in censum convertant (A) pro reparatione partium Ecclesiae, partim ipsius monasterii. VV. PP. in censum convertant (A) pro reparatione partium Ecclesiae, partim ipsius monasterii. et.

monasterii serviat. Et quoniam juxta mentem Parentis mei piae memoriae Ill^mi D. Leonis Sapieha, Palatini Vilnensis, Ducis M. D. L. incepi fabricam Ecclesiae ex muro suscitare it Brestae sub titulo nominis Jesu, prope collegium S. J. ab ipso fundatum: quae fabrica si forsan ante obitum meum non fuerit perfecta, pro ea perficienda do 30000 flor. Tantumdem quoque lego Patribus Cartusianis pro aedificanda et ad finem perducenda fabrica Ecclesiae illorum.

V^dis Virginibus Constantiae et Elseclae a familia Sapiehanâ Ordinis S. Clarae, unicuique harum 200 Hungaricos inscribo. V^dae Virgini Sophiae, Praepositae conventus Brestensis Ordinis S. Brigittae 100 Hungaricos lego. Quae legata per manus Ill^mi D. Palatini Vitebscensis ex supradicta cista mea ex nunc reddi debent.

Fundationis meae et Parentis meae piae memoriae tam Ecclesiarum latinarum quam graeci ritus unitarum, si forsan quaedam inveniantur nondum in libros relatae: obsecro Ill^mum Palatinum et infrapositos Magnificos DD. Consanguineos meos successores, ut juxta intentionem meam illibatae maneant.

Corpus meum optarem quidem poni in Basilica Patrum Cartusianorum ad Berezam in pariete juxta majus Altare: si tamen non fuerit tam cito perfecta hujus Ecclesiae moles, Vilnae in Ecclesia S. Michaelis in sepulchro Parentis mei, Fratrum et Consortis meae Theodorae Christinae Comitissae de Tarnow, absque pompa et expensis multis sepeliatur cito post obitum meum, Curam sepulturae Illmo D. Palatino Vitebscensi, et Celsissimo Principi D. Michaeli Carolo Radziwill Pocillatori M. D. L^ae committo, et obnixe rogo, ut eam in se suscipere non graventur. Et pro expensis ipsius funeris, sacrificiis missae, propulsu campanarum, coeterisque ad hunc actum pertinentibus, ex eadem dicta summa supra recensiti Ill^mi conferre debebunt.

Rogo specialiter, ut ex iisdem pecuniis mox Ill^mus D. Palatinus 5000 flor. ad monasterium Vilnense monialium S. Clarae reddat, tali cum conditione: ut ab hac summâ census certus quotannis pro celebratione missarum in Ecclesia S. Michaelis pro anima mea persolvatur.

Et quia Ven. RR. Patribus Soc. Jesu in Academia Vilnensi existentibus, pro 4 professoribus Jurisprudentiae (datis in hunc finem 12400 flor. ad manus R. P. Georgii Szyndolski, pro tunc Rectoris Collegii Vilnensis S. J.) obligaveram me specialibus litteris, daturum eis adhuc 25000 flor.; loco igitur istius summae, bona mea quae sunt in districtu Orszanensi, dicta Poczaiawicze, R^do D. Alberto Kojalowicz Rectori collegii et Academiae Vilnensis, et successoribus do in perpetuam possessionem. Et R^dus P. Rector successoresque ejus tenentur obligationem meam pro 25000 flor.

(aste nominatis) ad.mo valore careant
supradictis executoribus hujus testamenti mei restituere, ut jam valere careat.

Lampas Zy d.mo Zmovicii ut ante miraculosam d.mo Imaginem B. V. M.ae ut in perfectum aud.at, necessaria ex Szidłowie
suppeditentur. Pari quoque modo Biatowicii Boatyniciis fiat ante eandem Imaginem B. V. M.ae secundum
datas a me huic in finem impensas.

Bona mea Illunia (d.mo) Shazniam, Sapiezin, Dabrowicam, et Oswiez in Palatinatu Vitebscensi et
Powcensi Polocensi, Szkudy Illudy in quoque et Kretyngam in Samogitia inscribo Ill.mo D. Joanni Casimiro
Sapieha Palatino di Vitebscensi; Rozanam cum proedciis, Kossovicam, Lachowicze in Palatinatu
Novogrodensi et in districtu Stonimensi, Bychoviam, quoque, Gercian cum Mieleszkowiciis
in districtu Orzanensi Ill.mo D. Palatino Vitebscensi et posteris ejus in perfectum, post-obitum
meum dono. Si non; quae vero haec supradicta bona jure corroborare tenebitur, morte
praevenerit, pro securitate haec ultima mea voluntas pro ipso facto habeatur. Bona quoque
mea Garnobit et omnes pagos Palatinatui Kijoviensi adjacentes (si fuerint recuperata a
rebellione Coseccorum) ex affectu meo, quem gero erga Ill.mum D. Johannem Sapieha, Notarium
Polonicae, fratrem meum; qui obsequio Reipublicae fortunis suis est erutus, ci hoc meo testamento
inscribo. Ad haec et 80000 flor. Polonicorum, quae summa ad posteros ejus pertinebit. Eidem quoque
Ill.mo D. nrio Polonicae advitalitia in bonis meis Ciecierzyn. Et Ill.mo D. Christophoro Sapieha,
germano meo in bonis Bialyniez e in territorio Orzanensi jacentibus, ipsi et posteris ejus
masculini sexus 20000 flor. assigno et lego. Quam summam capiendae vitalitio sufficien-
torem Ill.morum refundere debebunt haeredes infra nominati Magnifico D. Paulo de Hemma,
consanguineo meo et consorte illius Magnificae Dnae Elisabeth Comitissae de Tarnow;
nisi hoc fecerint nullatenus ad possessionem perpetuitatis admittentur. Ill.mae Dnae Sophiae
e familia Sapiehanae Consorti Polubynski Palatinae Parnoviensi, sorori meae et posteris
ejus bona mea, dicta Szczernica ad districtum Stonimensem pertinentia dono et inscribo.
Ill.mo D. Alexandro Hilario Polubynski, notario mio Camperta M. D. L. sororio meo, cujus erga
me affectum, bonum, non semel sum expertus (considerans ejus damna, quae subiit in
obsequio Reipublicae et in praesenti subit) dono, et hoc testamento meo inscribo bona, dicta
Zdzięgaol, Jaworowiec et Wiegowiec in Palatinatu Novogrodensi et districtu Stonimensi jacentia,
ubi olim erant et nunc sunt in latitudine, cum onere solutionis 8000 flor. Polonicorum
Canonicis Regularibus S. Augustini in districtu Stonimensi de Zdzięcioł 8005 flor. Magnifico
D. Mirzki de Jaworowiec; quam summam ille habet in bonis suis. Idem Ill.mo

* Dem l. A.M. ma vendue [illegible] Jem (mi) nus domum [illegible] contrahentes

D. Notario Campestri in alba Russia in districtu Orszanensi, bona mea Hory et Horki, nec non Szyszkow cum omnibus pagis aliisque pertinentibus dono et inscribo, hac cum conditione: ut ex iisdem bonis Hory et Horki, sororibus suis germanis et posteris magnificae Dnae Oginsciae germanae suae, unicuique harum 25000 flor. detsolvatque. Alexandro et Eustachio Szemet, similiter sororinis meis bona mea, dicta Toloczyn, Druck et cuncta castella pagosque ad haec bona pertinentes, et in eodem districtu Orszanensi posita inscribo, hac conditione: ut supradictae magnificae Dnae, germanae meae Annae Szemetowae Piotrowsciae 20000 flor. Polonicorum, cum pervenerint ad possessionem Toloczyn, solvant. Illmae Dnae Annae e familia Sapiehana, consorti Illmi D. Naruczewicz Referendarii et Notarii M. D. L. nepti ex fratre meae eo possessionem meam dictam Bystrzyce (separando eam a possessione Cymkowice) in Palatinatu Novogrodensi advitalitia tantum, in perpetuum vero eamdem possessionem Bystrzyce posteris Illmae dono et inscribo. Ejusdem posteris Illmae bona mea in Russia Starobyl et Sielec cum Ziakowiciis in territorio Orzanensi, mox ab obitu meo cedant in possessionem perpetuam.

Illmae Dnae Annae e familia Sapiehana, filiae Illmi Notarii M. D. L. nepti meae, bona in eodem districtu Orzanensi jacentia, dicta Krula, Szepielewice cum aliis castellis et omnibus pagis, et possessionem meam Amszowice, Szepieczew cum praedio Lepea dono. Bona vero quae sunt donata advitalitia et debitis onerata, uti sunt Czarnobyl in Palatinatu Kijoviensi, Bielynicze et Cieczerzin in districtu Orszanensi, Bieszahowice in Palatinatu Polocensi et Vitebscensi, Zelwa in districtu Wolhowiensi, si nullam aliam de illis fecero dispositionem, post diuturnam vitam nominatarum personarum, usumque horum bonorum, post redditas summas ad posteros aut successores eorum pertinentes, aequali divisione facta, Illmus D. Notarius Campestris et magnifici DD. Szemetowici, Illmae consors Referendarii, Illmae virgo filia Illmi D. notarii Campestris et neptis mea absque scitu et voluntate Illmi D. Palatini Vitebscensis, fratris mei duxerit maritum, aut statum religiosum amplecta fuerit, in hoc casu supradictis bonis et successione illorum a me ei assignata perpetuis temporibus carebit.

Frumenta et omnia stadia aequorum (exceptis quae sunt Volpae) pecora et cuncta suppellex (excepta ea quae specificata in hoc testamento infra certis personis donatur) similiter tormenta bellica, quae sunt Lowicii, Ihezny et Bichovice, pertinebunt ad Illmum D. Palatinum Vitebscensem et caetera alia quae reperta fuerint in bonis, ad eos pertinebunt quibus bona ea sunt legata.

Bibliothecam Rozanensem et omnes libros, si non reddidero, mox post obitum meam Illmus

D. Palatinus Vitebscensis debebit remittere Patribus suis Dem in Academia Vilnensi existentibus, ut ibi ad usum illorum serviat;

Lapidea mea Vilnensis, Aula quoque extra flumen Vilnam cum civibus ad Ill^mum D. Joannem Sapiecha Palatinum Vitebscensem perpetuis temporibus spectabit.

Jura in omnia bona mea in Lapidea Vilnensi, in gazophilacio Rozanensi et ubicunque reperiantur, reddantur statim eis, quibus bona sint inscripta. Hujus rei ut habeat curam Ill^mus D. Palatinus enixe eum rogo.

De clenodiis meis, annulum magnum ad amantinum Illmo D. Notario Campestri do, Nobes ad amantinos 6, duas duodenas minores Illmo D. Joanni Casimiro Sapiecha Palatino Vitebscen-si lego, Sorori meae charissimae Ill^mae Principissae, D^nae Catharinae Radzivilliae Hlebowiczowae Capitaneae Samogitiae uniones grandes et annulum ad amantinum inscribo. Ill^mae D^nae Principissae Isabellae familiae Sapiehanae Radzivilliae, Jocillatori m. d. l. armillas magnas ad amantinas cum carbunculis. Ill^mae D^nae Annae, filiae Ill^mi D. Palatini Vitebscensis fusum unionum assigno, dono et inscribo. Reliquis clenodiis diu dendis, exceptâ rosâ ad amantinâ cum filis Principis (cujus infra fiet mentio) Ill^mus D. Palatinus Vitebscensis et Celsissimus Princeps Jocillator m. d. l. debent convertere ad debita solvenda. Ill^mus ac R^mus D. Suffraganeus Vilnensis aquilam meam argenteam cum pelvi, 12 patenas argenteas, 36 orbes, thuribulum, dono et inscribo. Residuum argenti, praeter cetera vasa de quibus infra dicetur, dividendatur et debita mea persolvantur, ita sicut jam supra dictum est de clenodiis.

Aulaeam, Salomonicas partes Ecclesiae S. Stanislai, alteram aulaeam, Celsissimo Principi Mahuli-Praefecto m. d. l. fratri meo, holosericam aulaeam Ecclesiae S. Michaelis Vilnae assigno, et alia omnia Ecclesiis fundationis meae Ill^mi DD. Executores juxta prudentiam suam distribuant.

Frameam magni Ducis Moscoviae lapidibus pretiosis distinctam, totam in auro, Principi Illmo D. Palatino Vilnensi dono, alteram tectam auro, lucicem (quem habeo a Serenissimo Rege D^no meo) Illmo D. Notario Polonico, tertiam Illmo D. Christophoro Sapiecha assigno. Ephippium tertium cum necessariis, necnon equum optimum unum Illmo D. Ferdinando Sapiecha, Capitaneo Mozyrensi, ephippium meum primum, ditissimum, cum omni apparatu et equum e stabulo Wolfensi primarium Illmo D. Joanni Casimiro Chodkiewicz, Palatino Vilnensi, secundum ephippium integrum cum itinerario supellectili mea ad Ill^mum D. Notarium Lithuaniae pertinebit.

Rhedam meam holosericam rubram, et alteram rhedam itinerariam communem, equos 12

nigros, et rursum 12 badios viliores Ill.mae Dnae Pocillatori Principissae dono. Alii equi mei omnes inter servos dividentur. Reliquos equos meos et communes Volpae manentes Ill.mo D. Notario Lithuaniae: simili modo et Rumaki meos omnes condono et inscribo. Pelles meas Pantherinas et Zobellinas praecipuas Ill.mae Virgini, Dnae Ioannae Naruszewiczownae, filiae Ill.mi D. Referendarii do. Omnes materiae, quaecumque in gazophilacio invenientur, pro casulis ad Ecclesias dentur. Alias pelles et vestimenta omnia mea inter famulos dividant Ill.mus D. Palatinus Vitebscensis cum Ill.mo D. Pocillatore Lithuaniae.

Debita, quae illae possessiones habent, quae ad Ill.mum D. Palatinum Vitebscensem pertinent, etiam ejus posteri solvere tenentur. Alia debita exsolvent Magnifici DD. consanguinei et successores mei ex possessionibus quas illis inscribo. Magnificae Dnae Dorotheae Poccocianae Kurczowiae dono et inscribo summam mihi debitam ex bonis Liba dictis. Famulis meis (quorum fidelitatem in omni occasione sum expertus, gratias agens eis pro fidel servitio eorum) Ill.mus D. Palatinus Vitebscensis cum Ill.mo D. Principe Pocillatore ex summâ quae restat ex supradictis pecuniis, deque summâ quae est supra Suboszany, satisfacere debent; ut accepta solutione, orent pro anima mea. Et hi, qui dono acceperunt a me praedia, pagos aut summam, licet si nullas litteras super hoc habeant, maneant nihilominus possessionati. Obsecroque Ill.mum D. Palatinum Vitebscensem et alios Ill.mos DD. successores meos, ut has donationes meas confirmare velint: quod in conscientiam illorum repono. Mediastinis servis meis omnibus solvatur, item militibus gregariis et Cosaccis. Subditis meis in omnibus bonis meis censum, si quem ante obitum meum non reddiderint, remitto et dono, ut Numen exorent pro anima meâ. Quae tamen ad thesaurum Reipublicae spectant, reddere tenentur.

Sacerdotes et omnes Religiosos tam Parentis mei, quam meae fundationis oro per misericordiam Dei mei, et vulnera Iesu Xti, ut in missae sacrificiis animae meae sint memores, placando Majestatem ejus pro peccatis meis, subveniendo mihi precibus suis: similiter faciant et pro Parentibus meis, fratribus caeterisque vita functis.

Cum igitur animae et domui meae disposuerim, restat tantum ut sigillum minus M. D. L. in manus Serenissimi Regis cum gratiarum actione (quod officii cupio per Ill.mum D. Alexandrum Naruszewicz, Notarium M. D. L.) reddam. Ad haec, si aliquando Ser.mum Regem, Dnum meum ex humanâ fragilitate offenderim, veniam peto. Ill.mo D. Notario pro labore ejus cistam cum argento mensali dono et inscribo.

Et hic jam omnes meos consanguineos et successores oro, et sub conscientia obligo, ut hanc ultimam voluntatem et dispositionem meam ratam habeant, nec ullatenus infringant. Quod ut melius efficaciusque Illmus D. Palatinus Vitebscensis cum Illmo D. Pocillatore Lithuaniae efficiant, Regem Serenissimum humiliter rogo, ut in protectionem et tutelam hoc testamentum meum suscipiat, et non tantum eum, sed et Illmum et Rmum D. Andream Trzebicki Episcopum Przemisliensem, Pro-cancellarium Poloniae, Illmum D. Georgium Carolum Ilebowicz Capitaneum Samogitiae, Celsissimum quoque Principem D. Albrecht Radziwil, Cancellarium M. D. L. Hos omnes humiliter rogo, dignentur esse promotores et tutores hujus mei testamenti: quatenus omnibus supradictis fiat secundum meam voluntatem et petitionem: quod totum Deus optimus gratia sua compensabit Illmis. Utque prompte huic meae petitioni satisfacere velint, Illmo et Rmo D. Episcopo Vilnensi duos cantharos magnos deauratos, Illmo et Rmo D. Andreae Trzebicki Episcopo Przemisliensi Pro-cancellario Poloniae atramentarium meum argenteum Gedani factum, Illmo D. Capitaneo Samogitiae cistam cum argento mensali, alteram Illmo D. Principi Radziwill Cancellario Lithuaniae: eidem candelabra magna argentea 4 pro facibus imponendis, Illmo D. Pocillatori Lithuaniae scyphum meum argentum cum operculo dono et inscribo.

Rogo omnes, ut si quos ex animadvertentia laeserim, dignentur mihi ignoscere, animamque meam suspiriis suis juvare. Quare pro meliori certitudine et fide, huic me testamento meo manu propria subscribo et sigillum meum appono, adrogatis ad hoc amicis meis; qui etiam huic testamento meo nomina sua subscripserunt, sigillaque apposuerunt.

Dat. Varsaviae die 30 Julii Ao 1655. Casimirus Leo Sapieha Pro-cancellarius M. D. L. Capitaneus Orszanensis, hoc testamentum meum manu propria subscribo.

Rogatus oretenus ad hoc testamentum Theodorus Michael Obiechowicz, Subcamerarius Mozirensis.

Oretenus rogatus ad hoc test. Alex. Casimirus Wolowicz, Vexillifer Vilnensis.

Oretenus invitatus ad hoc test. Samuel Niemczewicz, Dapifer Wilkomiriensis. —

§ — Hujus copia cum sigillo senatus et cum subscriptione manus Notarii Rdo P. Priori Casparo Cochelio Patrum Cartusianorum Conventus Berezensis est extradita. Dat. Brestae ut supra.

Addenda. —

Ex ch. Cap. — obiit D. Joannes Hagen, prof. S. Moguntiae, Prior S. S. Crucis prope Berezam, habens miss. de B. V. Ma per tot. ord. — Missae de B. V. M. — Pro Illmo DD. Casimiro Leone Sapieha Pro-cancellario

M. D. L. Fundatore amplissimo novae D.ae S. Crucis prope Beregavam in Lithuania, fit id cons. Provae Rhenì: P. Casparum Cochelium prof.m D.antisci, imper annum in Rectorem D.ae Beregensis a PP. Visitatoribus institutum, praefimus in Priorem.

In annalibus D.ae Dantisci 1655: 4 Professi 1 absentes: in domo S. Crucis in Lithuania: V.P. Casparus Cochelius Bavicensis, qui post mortem V.P. Io annis Magen Prioris, prof. D'Moguntiae circa Pascha est institus Rector a V.P. Visitatore. P. Antonius Zieglerus Suicensis, vicarius ibidem. P. Philippus Ruiger, Suicensis,

Die 22 maii discessit V.P. Reinoldus Schleicen, Regiomontanus, prof. D.ae Dantisci in Lithuaniam, cum V.P. Caspare Cochelio ibidem Priore, qui hinc secum dictum, petens, pro procuratore assumpsit. Ut hic P. Reinoldus fuit 3 annis procurator D.ae Beregae.

Die 24 circiter julii, sueci irruptionem in Regnum Poloniae fecerunt; circa vero post festum 29 julii V.P. Erasmus Kreis, P. Christianus Deutz diaconus, P. Stanislaus Fabritius subdiaconus, P. Petrus Donatus missi sunt in Lithuaniam, partim ob bellum Suecicum, partim etiam ob conventualiter istius domus inhabitationem indicandam.

6 oct. scripsit Gidlà V.P. Lubietowski Prior, illac ex Lithuaniâ in Moraviam transisse P. Erasmus Kreis, P. Antonius Ziegler, P. Philippus Ruiger, P. Christianus Deutz, P. Stanislaus Fabritius et fr. Petrus Donatus, de his per VV.PP. Visitatores provae Alemanicae sup. locatus est P. Antonius Mauback, P. Erasmus, Gemmici, P. Philippus Ollomucii, P. Christianus Gemmici, P. Stanislaus et fr. Petrus Donatus Mauback.

§. Manserunt ergo tunc Beregae soli V.P. Casparus Prior et P. Reinoldus procurator,

7 julii 1655. In litteris V.P. Visitatoris ad D. Priorem D.ae Dantisci.

A.V. in X.to P. Dubius fuit quid R.dae vestrae et Priori Beregensi res sibi esset, aut respondeam, id eo ad consilium V.P. Convisitatoris confugi, qui ultimo vos visitavit. Habetis hic in scripto, quid mecum sua responderit. Legite attente. Similiter hic habetis quid Prior Beregensis petat. Invocate Spiritum S. ut vos illuminet et doceat, quid in his rebus sit agendum, et quid in audiendum. Ego cum ea ad finem, sive mortem, properem, malo ut cum V.P. Convisitatore teneatis, qui me junior est et adhuc regetus ..... Accepi nuper litteras ad R.dum P. jam missas, sigillo ut puto, Ill.mi Fundatoris Beregensis obsignatas, quid contineant ignoro, forte brevi intelligam ex ipso R.do Patre. — Vilnae 7 julii 1655. P. Mich. Arnoldi visitator.

16 aug. 1655. Ejusdem ad eundem:

..... Vestras ultimas accepi 7 aug. ex quibus intelligo versari vos in periculo et timore. Quod ubi prævalaverint, oportet in tempore capere consilium, invocato nomine Dei. Non tamen oportet properare neque nimis festinare, sed aliquos apud vos retinere.

Prior Beregensis nimis cito quæsivit suum vicarium mutare et amovere, cum nulla fuerit de illo querela tempore visitationis: Ideo hoc displicuit V.R. convisitatori, imo ipse indicavit illum vicarium (P. Antonium Ziegler) in procuratorem Ds Beregensis instituendum. Interim ex vestris intelleximus illum accepisse P. Reinoldum ..... ex quo autem P. Caspar lethali morbo decumbit, prius R.mus P. consulendus fuisset de hac mutatione quam suggeritis, quia visitatores non habent potestatem transferendi Priorem de domo in domum, et alium instituendi, nisi forte periculum esset in mora ..... De aliis mutationibus nihil decerno donec sciam, quid de V.P. Caspare actum sit. .... Levinis 16 aug. 1655. – P. Ulrich Arnoldi visitator.

Oct. 1655. – Littera R.mi P. Generalis a D. Philippum Priorem Ds Dantisci. –

V. in Ds P. non possum in die magis festiva, quam in hac S.P.N. Benedicti causa vobis scribere, neque in hora opportuniori et sanctiori, quia exiens a Capitulo summo mane et expectans missam conventualem, quam debeo celebrare, scribo; neque in majori necessitate, quia in bello, in fuga et fortassis bonorum vestrorum spoliatione jam vers animi: neque cum majori compassione, quia vos in tribulatione magna existentes, vel de illa venientes, vel forte illam exspectantes, unice et paterne diligo, ac paucis his lineis animam meam sollicitudinem de vobis, vestrisque omnibus testatam facio, postmodum, et in cessantes vos a Deo, providentiæ ejus et consolationi commendatimus in sacrificiis et orationibus: monentes vos, ut in S.ta patientia vestras animas possideatis, et in Deo solo fidatis, agentes interim, quæ solertia et prudentia vestra gratia Dei adjuta, suggerent: ut oves vestras benedicatis et salvatis, deinde etiam colonos, domesticos et ipsas villas, seu grangias non a longe dimittatis, et super omnia Sanctuarium Dei, monasterium et cartusiam. O Deus, serva illam, illos et illa omnia quæ tua sunt, quæ tibi sanctificata sunt.

Jam audimus totam Poloniam perdi, invadi, heu! quid fiet de tribus cartusiis nostris, de mater antiqua in Israel et de amabilibus filiabus Beregana et Gidlensi?

Sumite tamen et renovate animum, et cavete etiam, ne vestra persona quid fiat, periculi accidat. Nolite nimium inimicis istis proximus fieri, nam modo persona vestra mihi chara et anima vestra, si unquam hactenus fuit necessaria, modo nunc magis est Ordini

atilis, nec id solum, sed omnino pernecessaria. Servate igitur nobis illam ad resarcienda damna, si quando D. Deus concedat salutem et pacem, quod oramus. Et de vobis audimus nova, insolita, stupenda, ut nonnisi multum pro vobis timeamus. P. Visitator vestros Conventuales suscipiet atque distribuet. Velim ego pro parte mea omnes illos habere, sed nimium distamus. Deum meum, ora S. Brunonis meritis ut vos tueatur, Regnque vestrum ac Regnum. Amen.

Cartusiae 6 oct. 1655. Vester in Xto confrater, F. Ioannes, Prior Cartusiae.

1656. — Annus 9us Fundationis. —

« Ao 1656, non sine maximâ nascentis Cartusiae consternatione, obiit Illmus DD. Casimirus Leo Sapieha, Pro-Cancellarius magni Ducatus Lithuaniae, Stonimensis, Wolfensis etc... Capitaneus, Administrator Oeconomiae Brestensis, piissimus Fundator noster. Heu fata dolenda nimis! qui eo tam benigno tenellam adhuc cartusiam parente spoliaverunt, alia procul dubio foret monasterii nostri forma, alia templi facies, nisi mors invida manus adeo munificas tam mature desecasset. Utenim Ecclesiam et cellas ven. Patrum marmore jamjam immensis sumptibus coepta sternere, pretiosissimaque ad ornatum Ecclesiae spectantia, nulla expensarum habita ratione, comparare, et opus tam Lithuaniae, quam toti Poloniae stupendum, suaque munificentia et magnanimitate dignissimum, in exstruenda, fundanda et dotanda hac cartusiâ, relinquere intendebat. Verum heu dolor! mors patriam abstulit vitasone, sicultus ingratam, dignissimamque ejus quae nimiam in nos liberalitatem intercepit, quemque voluntas ut extremas operi inchoato manus adderet, adhuc tenebat in terris, hunc merita ex omni parte vincentia, quasi invitum repeterunt in coelos. Natus est Vilnae 14 julii Ao 1609. Beatae extinguitur anno praesente 1656 die 19 Januarii. Mete igitur, o piissime Fundator noster, mete nunc in fertilissima illa coelorum campo messem, quam tanta liberalitate seminasti in terris.

Addenda. —

In charta Cap.: « ob. Illmus DD. Casimirus Leo Sapieha, Procancellarius m. D. L. Fundator amplissimus novae cartusiae S. Lucis prope Berezam in Lithuania, habens plen. cum ips. alt. mon. et miss. de B. V. M. per tot. ord. et omnium aliarum perp. fact. in cel. dom. cub. die obitus mi 19 jan.

Prior Berezensis non [illegible]. —

Vita et Elogium Illustrissimi Fundatoris, Casimirus Leo Sapieha, Pro-Cancellarius M. D. L. Filius Leonis Palatini Vilnensis.

(Ex historia Ill^mae domus Sapiehanae, auctore R. P. Ant. Misztolt Soc. Jesu). —

« Nunquam Leones parturit lepus, par est miraculo, ignavi parentis strenua proles. Ita Casimirum hunc Leonem, non alter procreare nisi Leo, nec incommoda patriae per vigilem Dynastam, nisi vigilantissimus in bonum Reipublicae Progenitor proferre poterat. Et licet parvarum facularum est, cito ac perperam extingui, et damno irreparabili totum amittere lumen. Principes planetarum soles, occidere et redire solent, atque ita occumbunt uni; ut alteri orbi luceant serenius. = Hoc tamen etiam majoris magnitudinis sideribus evenire indubitatum est, ut suas patiantur eclypses, eam demum, post Judiciorum divinorum scrutinia, quae in valle Josaphat agitabunt orbem universum, ingressuri noctem, cui nullum inserviet lumen, cum sol obscurabitur, luna non dabit lumen suum. Magna sidera illuxerunt Paloemonio orbi, dum in Leone Sapieha Palatino Vilnensi, velut ardentissima in hoc signo, Filiorum phaenomena, sublimi honorum augere recrearunt patriam: verum primae magnitudinis haec luminaria, ingressa noctem, lucere non citra magnum Paloemoniae Reipublicae incommodum desierunt. Scilicet Leo Sapieha Palatinus Vilnensis tres praeclarissimos filios, eosque magnos Heroes, Joannem Stanislaum supremum Mareschallum, Christophorum notarium, Casimirus Leonem Procancellarium M. D. L. Equitem albae aquilae, habens, suos Heroes animos patriae commodasse solum visus est: qui feracissimam Martiarum laurearum proferendo prolem, sterilem illam absque progenie reliquit. Hic quippe Casimirus Leo Sapieha, uti ejus fratres absque prole decessere, lineaque recta procedens a Leone Sapieha Palatino Vilnensi in filiis ejus desiit. Hinc est quod hic Casimirus Pro-cancellarius, in haeredem opulentissimi patrimonii sui assumens Casimirum Sapieham Palatinum Vilnensem in recta linea a Theodoto Sapieha Palatino Smolenscensium, descendentem, ut nomina sui in Baptismo, ita et amplissimas ditiones eidem ex asse, transcripsit.

Hic A° 1609, 14 julii Vilnae de Leone Sapieha, pro tunc Cancellario, ex post Palatino Vilnensi et supremo Exercituum M. D. L. Duce, ac Elisabetha Principe Radsivilca natus, per manus Serenissimi Wladislai Principis ac IV ejus nominis postea Poloniarum Regis, necnon Ser^mae

Constantiae Reginae de sacro fonte levatus. Liliati Divi Casimiri obtinuit nomina, ejusdemque in annis juvenilibus lilietam virtutem sectatus, etiam Leonis altera nomina adjuncta tulit.

Decimo sexto aetatis anno, peregrinationis Christophori fratris ad exteros socius, et virtutum aemulus, sub inclytis magistris, Putaneo et Vernuleo, juventutem excoluit; oculos ac animos Monarcharum Europae: Urbani VIII supremi Ecclesiae Statoris, Ferdinandi II Rom. Imperatoris, Ludovici XIII Galliarum Regis, Principum S. R. I. Electorum, Ducis magni Hertruriae, Spinolae et Mauritii bellicosissimorum Ducum in se convertit, quorum castris spectator aderat.

Redux in patriam, cum in exteris non evacuasset quae erant parvuli: insignis scientiâ, peritia linguarum, quarum sex addidicit: majestati Polonae summopere placuit, et a Sigismundo III Poloniarum monarcha, Notarius M. D. L. creatus est, statimque deputatus ad revisionem Archivi Reipublicae. Post bellum moscoviticum a Vladislao Victore et Republicâ, obiit Legationem in Moscoviam apparatu magnificentissimo. Ubi rebus ex voto et dignitate Reipublicae confectis, Mareschallus Curiae, demum Pro-cancellarius M. D. L. renuntiatus est a remuneratore meritorum suorum Vladislao Rege.

Habuit hunc Augustum hospitem quodam temporum, Rozanae, in arce suâ, cum serenissimâ pariter consorte; tantosque hospites ea humanitate, Princeps et ipse dives excepit gaudens, quae Sapiehanae agnâta est munificentiae, simulque plus quam centena millia, in aulam Regiam, nullum aboque dono dimittens, elargitus est. Pulchrum hic est enarrare locupletissimi Dynastae hujus humanitatem et hospitantis monaclae facetiam, quam ille in abitu suo, post hospitalitatis dies, addictissimus Leoni Pro-cancellario exercuerat. Integrâ septimanâ lautissime et magnificentissime exceptus cum integra aula sua hic hospes, arbitrans jam penuariam rem Pro-cancellario deesse, dixit: = Consumpsimus Pro-cancellarium, tempus est abeundi. = Audita haec Vladislai Regis jocosa urbanitate Pro-cancellarius, faventissimum sibi expetiit Dominum: ut postquam dignatus esset domum ejus, palatia, horti delicias aliaque recreantia oculum lustrare, non gravaretur tanta Majestas etiam in penuarium et cellarii locum descendere, gratiasque suas hoc descensu coronare. Fecit gratissimus id facile Princeps; dumque spectasset copiosum in victualia penu, cellaria non defectuosa, rem culinarum ad omnes hospitalitatis modos praeparatam, subjunxit demum: = Nos Pro-cancellarium nec per integrum annum consumemus. = Tantum fuit opulentissimo huic Dynastae Regem intra suos suscipere lares: ut par tanto hospiti non deesset humanitas, et humanitati respondens

proventuum facultas. Inter has etenim facultatum copias, copiosa illi insuper erat in amoenos jocos et gratam affabilitatem jucunditas. Venerat in Provinciam Poloniae et Lithuaniae P. Fabritius Bamfus Soc. Jesu sub tempus Casimiri Leonis Sapieha Procancellarii M.D.L. ad annum 1642, Provinciae praefatae, Domiciliorumque Patrum soc. J. Visitator Româ designatus. Hic Romanus hospes volens magno ministro et Pro-cancellario deferre venerationis obsequia, expetiit, ut tempus diesque honori praestando designaretur. Comitatis, humanitatis et simul authoritatis praecelsae Senator, Pro-cancellarius Sapieha, designata die et hora ad visitationis honorem: per anti-cameras Palatii disposuit numerosissimam quam habuit, assistentiam aulicam, simulque in quolibet conclavi ordinavit: ut unus illorum majestuosior staturâ, et cultu vestium elegantior, fingeret repraesentaretque Dominum et Pro-cancellarium. Ad destinatam horam veniens hospes Romanus, dum primum conclave subintrat, arbitrans in primo limine invenisse Dominum: venerationis inchoat coeremoniam verum abrumpit sermonem, simulans personam Dni aulicus, dicitque se famulum Illmi Pro-cancellarii, non vero Pro-cancellarium esse, alterum hospiti venienti designans conclave, ad quod in venerationem Illmi Dni sui procedat. Ingreditur secundum conclave P. Fabritius Bamfus, dumque copiosiorem Aulicorum videt numerum, praecellentioremque unum, in medio stare: jam hunc esse Pro-cancellarium sibi deputans, dum pariter venerationis stylum inchoat in hoc altero conclavi: par priori aulico responsum accipit, ad interiorem Palatii invitatus cameram. Deductus per aliquot penetralia hac scenica simulatione hospes, dum ultimum conclave attingit; non agnoscens Pro-cancellarium (ille enim licet ditissimus et potens Dynasta corpore interim non adeo decorus fuerat, unde etiam patrio vocabulo Baba dicebatur), haeret, cuinam homagium honoris deferre debeat? tum informatus ab assistentibus Aulicis, inchoatam in aliis conclavibus, in hoc ultimo iterum resumpsit et finivit orationem. Susceptum hac comi et jucundâ deceptione P. Fabritium Bamfum Illmus Pro-cancellarius cordi exinde illum habuit, ita ut perfrequentem eumdem in suo palatio hospitem, et insuper comitem in via esse voluerit, cum quo gratiose jucundabatur, et societatem Palaemoniam, cujus hic hospes visitator erat, benefico prosequebatur affectu.

Ego caeteros pari etiam comitate hic magnus Dynasta inter officii sui honores excellens cor populi universim dicebatur, et novis gratiis beneficia sua adornans, liberalissimus in Aras et Basilicas sacras, ac Auditorum collegia, gratiose cor et aerarium suum effudit.

In Academia Vilnensi soc. J. Juris canonici et civilis disciplinam fundavit, bona atque hereditaria domus suae Pocz ajewicze dicta, cum attinentiis Academico Vilnensi collegio, juribus solidis munita tradidit perpetuaque inscripsit gratia. Et licet villa una ex attinentiis Pocz ajewiczianis, Luszki dicta, sub litem nunc cadat, cum praetensione bonorum Ecclesiasticorum, verum si nulla (quae tamen sunt ad manum) Academico Vilnensi collegio pro hac villa tanquam hereditaria Sapiehanum, supperent jura ac documenta, hoc abundans esset argumentum, quod ditissimus ex suis bonis Casimirus Leo Sapieha, ex alienis noluit esse liberalis. Ex quibus praeter hoc juris Professorum collegium, Brestae Basilicam e muro solido ad aedes Patrum soc. J. posuit, ad eamque in perfectionem deducendam, liberalem pecuniam in paratis destinavit. Nonnihil magnificum fuit ex templum Canonicis Lateranensibus in paratis destinavit. Nonnihil magnificum fuit ex templum Canonicis Lateranensibus Divi Augustini extruxit. Quartam vero majestatem Basilicae et domus Religiosae ad Rozanense Cartusianum. Fundator jus bi exstruxit. Ipse illam ante Hyperides, ipsaque candor Cartusianae hac nostra denotat, quam nitido splendore et gratioso cultu, solitariam Cartusiam celestibusque intentam decoribus adornavit. Sapiezynum seu Drujae, item ipse munificentissimus Maecenas, Religiosis Divi Francisci de observantia, Ecclesiam e muro fundavit. Novogrodecum Domum Bonorum-Fratrum, Selmoticiis, officii Bmae Devotionem (ars ita vocant). Et Dzisnae Ecclesiam eandem Bmae Cultui, et Basilicam eminere a fundamentis amplexit. Cimkoviis, in Horodecki, in Gercia. Brezicenkoviciis templa, Ecclesias Graeco-uniti ritus prope eo, hic Zdator unicus aedificavit: ac gratiis suis adornavit. Non praetermittenda hic est ejus gratia, quam lucidentissimam Academico collegio Vilnensi Soc. J. iterato favore praestitit. Praeterenim, tradita bona sua hereditaria Pocz ajewicze in fundationem Professorum juris utriusque: munificam a pietio numerosam, a copia, rarem, ab Authoribus Bibliothecam, Aedem societatis et Inventis studiosae Seminario donavit. Revolvimus toties grata mente hanc gratiosissimam liberalitatis munificentiam, quoties volumina Bibliothecae nobis tradita evolvimus: nec satis aestimandam hanc perenni gratitudine aestimamus gratiam, quae interim absens nobis thesaurum in posthuma secula, e libris decerpendum beneficentissime contulit. Conscriptum indicem hujus beneficii librum in separatis foliis conservamus sub titulo: Bibliotheca Sapiehana, imaginemque omni symmetria munificentissimi hujus Gratiani adumbratam in Archivo voluminum officiam habemus. Quam si hoc pictus a tempore exedetur carie: illa non deflet immortalitatis species, quae cordibus inserata,

perennem beneficentissimo Mecoenati, in mente grata inscripsit characterem. Eidem Academico collegio peristromata non vilis pretii ad usum Academicorum Acturum contulit, parietibusque ipsis suas inscripsit gratias.

In sacras et eruditorum domos, gratiosus hic Fundator non mirum est, quod a Vaticano solio encomiis et gratiis celebrari meruerit. Ille a prophetato Custode montium, Alexandro VII praecelsarum mentium Aestimatore peritissimo, Carpathiis montibus excelsius meruit elogium: = Magnus fidei Propugnator, vivae non quidem vocis sed penuae oraculo appellatus. Pretiosissimum thesaurum ex aerario Romani sinus recepit, dum ab eodem Alexandro VII, Pont. max. Divorum martyrum Faustini et Quirini corpora, in Basilicam Brestianensem soc. J. expost illata, grato suscepit obsequio. Parum interim videbatur Vaticano Statori Iovi, scriptis perhonorificis, amplisque largitionibus tenerrimam propensionem erga absentem testificari Casimirum; majora eidem documenta gratiarum exhibuit, dum Apostolica limina personaliter invisit: Illum scilicet cum successoribus suis titulo Principis, ducalique mitrâ humanissime exornavit; Verum dum e Superûm coordinatione ultimus de suo ramo absque mascula prole decesserit; hos titulos gratâ mente in se tulit, in posteros non transmisit.

Coronatus gratiis Vaticani muneris, Casimirus Leo Sapieha, magnis, inter bellica et civilia negotia meritis in patriam praeclarus, Pater defensae patriae, dici merito debuit. Ille enim ad annum 1648 post mortem Vladislai IV contra rebelles Cosacos, duplici passu, suis sumptibus defendit, nempe ad Bychoviam et Polesiam. = Luctuosis pro tunc temporibus Zaporoviana rebellio, Russis, Scythicisque legionibus succincta, tot agrestes in excidium nobilitatis armaverat, quanta vastitas Lithuaniam exercuisset! nisi Sapiehana praesidia in tempore submissa, retardando hostium progressui, praesto adfuissent. Sub praesenti discrimine, multis in suam solum rem intentis, multis nihil ultra verba, vacuaque rebus consilia, promentibus, multis inter stipendiorum licitationem haerentibus: pauci solo honesto, germanoque honesti praemio, famâ contenti, laborantis patriae curis sese impendebant. Porro inter hosce paucos Casimirus Leo Sapieha, militem de proprio lectum, ita opportune bifariam hosti praenando objecit, ut et Russiae albae ulteriores Provinciae, et propinquior Polesiae Lithuania, integritatem suam illi, aut ante omnes, aut inter primos debeant. Hinc nomine Reip. anno X^ti nati 1649, ultima januarii die, gratiae illi sunt actae in comitiis Cracoviensibus per Maresthallum Regni Adamum Kazanowski, quod praecilitanti in Lithuania Reip. non manipulis, sed integris

exercitibus subsidia tulerit. = Haec Kojatowicz in initio historiae Lithuaniae, quam eidem suo Mecaenati dedicavit.

Sequentibus vero annis ad Zborow, Beresteczko et Zwaniec, suis sumptibus pariter, non jam legiones, sed exercitus in comitatu Serm.mi Joannis Casimiri, duxit, in cujus etiam obsequio, exortis turbis, per quas Lithuania Mosco et Sueco prodita est, constanter permansit.

Tandem meritis in Divos et Remp. plenus, vitam explevit 1656 Varsaviae in Januario; tumulatus Berezae, in Ecclesia ad Cartusiam, quam fundaverat; dignus qui saeculum aetate implere posset; cujus funus immaturum et luctuosum amanti populo fuit. = Nemo enim non optat immortalem, quem expertus est optimum. Malos communiter comitantur ad tumulum tripudia, bonos lachrymae. Sicut naturae vitium est, quod nullus sit Honorius qui aliquando suos non affligat, vel vivens, vel moriens; ita naturae quoque beneficium est, quod nullus sit Princeps, qui aliquando suos non recreet, vel vivens vel moriens. = Luctuosus etiam et inde tanti Herois Lithuano orbi obitus fuit: quod sibi aequalem, hic absque mascula prole decedens Achilles, non suffecerit Hectorem. Habuit equidem honoratissimam sibi adlectam Consortem, Theodoram e Comitum Tarnoviorum stirpe satam, filiam Palatini Vendensis, a Spisimiro ab anno millesimo, antiquissimae et Senatoriis honoribus sublimis Domus suae deducentem aborigines: verum haec immature post paucos connubii annos decedens, nullam prolem reliquit. Ipsa tumulata in sarcophago veteriori Sapieharum, ad aedes Divi Michaelis in Urbe Vilnensi Monialium Clarissarum, habitum earundem post fata induta: Leonis Summi Pontificis in hoc subsellio Decimi, forte insistens gratiosae concessioni, quae affectantibus indui religiosa veste post vitae exitum, indulgentiam plenariam (etsi ad effectum non pervenerint vota) in mortis articulo concessit. Et cum antecedenti fato, ante Casimiri Leonis Sapieha mortem, haec lectissima ejus consors diem suum obiisset: eam luctuosus conjux catholico etiam post fata amore colens, 100000 flor. in sacrosancta mysteria missae expendit, non ad vitae tempora, sed et post terminum ejus, juratum perseverasse amorem indicans. Gratum sibi hoc holocaustum monstravit Deus, ut abunde hinc inferre licet, quod in sepulchrali conditorio ejus, ad Ecclesiam Berezensem Cartusianae familiae, examen apum mellis favos elaborantium ad pedes incorrupti corporis, post aliquot annos repertum sit. Dulcem in cordibus civium Lithuaniae excitavit Casimiri memoriam hic dulcis labor apum, et velut olim in ore Leonis a fortissimo Samsone, ita sub plantis Casimiri Leonis favus

a praesente populo spectatus fuerat. Hoc pulchrum, beatae vitae judicium promeruisse videatur, tum praeclaris in patriam, et Deum meritis, tum praeclare acto ultimo vitae termino: postquam enim frequentatione ad mensam Divinam, quolibet festa B^mae, ubique Divorum solemnia pervitam eduisset, etiam morti proximus trina vice Sanctissimum Sacramentum Eucharistiae e manibus P. Joannis Andrzeikiewicz Soc. J. et extremam unctionem recepit, magnamque animam magnus Leo efflavit: cujus cognitum heterodoxa summopere timuere pectora; quorum perfregit in commissione olim Vilnae.. audaciam, et extra Urbem Lavario concusso, vicus Genevensis e vicinibus Palaemoniae Metropoleos ejecit. Magnus in vita, magnus inter et post fata Heros: quem amarunt cives, timuerunt Dei et patriae hostes, Lachrymae parentales ad sepulchrum deduxere.»

Epitaphium Ill^mi Fundatoris, (Berezae)

D. O. M.

Casimirus Leo Sapieha Comes in Kychow, Reg. Cancellarius Magni Ducatus Lithuaniae, Orsanensis, Monimensis, Brestensis Praefectus, Administrator Oeconomiae Brestensis: Parentibus catholicis, Leone Sapieha Palatino Vilnensi, militiae M. D. L. Praefecto supremo, et Elisabetha Ducissa Radzivilia Palatina Vilnensis... militiae M. D. L. Praefecti supremi filia, in Lucensi patriae et Deorum suae datus, Constantiae Reginae et Vladislai Principis, tunc Poloniae et Sueciae manibus e sacro fonte levatus, aetatem primam lustratione praecipuorum Europae Regnorum; Balsamque magni apud summos Principes ubique habitus, repetitis profectionibus peregit, pietate morum, sanctitate, litteris, linguarum peritia, eruditione singulari et prudentia illustris, prolongato totae vitae cursu gloriose exercuit. Magnus a Rege Vladislao apud Michaelem Fiedorowicz M. Moscoviae Ducem legatus, juramentum ejus fide perpetua servandum excepit. Commissiones et gravissima Regni negotia summa integritate et authoritate eximia feliciter administravit: Comitiorum Regni Mareschalcus et Judiciorum M. D. L. supremus Judex in pereundis sententiis gravitatem dicendi, Justitiae decernendae tenuit, Divitum, superiorum, oppressorumque causas contra vim potentiorum, tam si compromissi quam si jure: medio Reipublicae fluctibus immotus M. Moscorum Ducis et Regis saevissima quibus oppugnabatur, promissa et gratias spernit, Ubi aut Ecclesiae, Regi et Patriae fidem servavit, bonos exemplo rectitudinis suae firmavit, multos creavit atque a lapsu revocavit. Mareschalci curiae et Procancellarii M. D. L. magistratus a Rege Vladislao sibi

delatos laudabiliter gessit, 8 per annos expeditionibus Regis contra Scythas et rebelles sub Zborow, Beresteczko et Zwaniec ipse antesignanus et pugnator confessione Tauricani Principis Isiam Glerey, imperterritus interfuit, cum equitibus pedestribusque legionibus de peculio proprio conductis processet: Bychow et alias arces milite suo munitas hoc eodem octennio contra Moscum, Suecum et rebelles Zaporovienses defendit, cum omnia ruerent, quae publico robore tenebantur: Jurisprudentiam Vilnensi Academiae junxit, liberaliter dotatis Professoribus: Cartusianorum Berezae, Canonicorum Regularium Stonimi, Bonifratellos Novogrodeci, Minorum de observantia S. Francisci in Sapiezyn Fundator. Multorum alibi templorum, Coenobiorum, xenodochiorum erector, promotor et Protector cum incremento jam non haberet locum. Theodorae Christinae Comitissae a Tarnow (cum qua annos 14 vixit) Palat. Vendensis ex Anna Firleia filiae occasum secutus, A° X^ti 1609 die 14 julii Vilnae natus, Brestae A° 1656 die 19 januarii extinctus, hac urnâ conditur.

§ Ejusdem vitam typis evulgatam invenies in libro: Suada Latina historica p. 185, ad D. Schwengel.

Epitaphium Ill^mae Fundatricis (Vilnae)

D. O. M. —

Theodora Christina Joachimi a Tarnow Comitis
Honorum in Republica, meritorum contemptu
Actis de seipso triumphis, in ipsa asceterii umbra
Clarissimi Herois,
et Annae de Dabrowice Firleiae dignissima filia
Genus illustre, Avitas ceras
Conjugii ac fortunae splendorem
Ad has mortalitatis metas deposuit, et intulit aeternitati.
Parentelam obsequio Dei, quaesitam conjugii animam
Concordiam, demissionem celsitudine illaesam,
Vires pietati impensas,
Opes in egenos ac superos sparsas
Templi Grodnae erectae pretium,
Virtutem ante annos absolutam,
Aetatis suae 26. Christi MDCLII. octobris die 24

Terris erepta, coelis redd̃ta

Carissimae conjugis exuviis,

Casimirus Leo Sapieha m.d. L. Procancellarius Orszansis, Wolpensis, Lubosz ansis,

Brestensis etc. Gubernator,

Hoc amoris dolorisque suppositi monumentum

Lubens adde pro piis manibus pium suspirium.

21 mart 1656 — Litterae d. Caspari Priores Berezensis ad d. Philippum Priorem Dantiscì. —

Gratiam Salvatoris nostri Dei. Ven. in X^to P. Prior.

Cum ex litteris Ven. P^tis vestrae 14 februarii ad me datis intellexerim, V. P^tem vestram hactenus nullas a me litteras recepisse, quibus de statu nostro maximo et obitu Ill^mi (Fundatoris) V. P^tis vestrae certiorem fecerami: coactus sum pedestem hisce meis litteris nuntium expedire, ne Ill^mi anima debitis suffragiis defraudetur. Obiit Brestae 19 januarii. Nos in magnis hostium et militis nostri discessione versamur. Ecclesiarum, in structuram necessitate, minus pro sis 30000 tantum flor. prostructura Ecclesiae deputatis) reliquit. Nos hactenus, Deo protegente, Moscovitici et Cosacicos acinaces adhuc subterfugimus, omnibus in Lithuaniâ Ecclesiis, villis et aedibus ferro et flamma absumptis. Busiaszium, Corna nostra et Rozanam usque, Pinscianae Sgierszowiscia illarum dedicta sunt: Busiasz a milite nostro spoliatum: illo ex eius multi senes aut aegroti reperti: a Brasta d. Palatini, Protectoris nostri Vitebscensis (qui modo Generalis exercituum, Dux et Palatinus Vilnensis factus est) industriâ rejecti: qui annis adhuc continuis periculis expositi, minus securi vivamus. Deus novit futura aestate quid futurum sit. Ill^mus d. Protector, cujus conjux et filii milliari uno a nobis habitant, nobis his ce diebus, obsessionem a Principe Boguslao imminens, fugam suasserat cum Illma conjuge suâ: Deus autem benignitate suâ etiam hoc periculum clementer avertit, profligato Principe. Illmo d. Protectore cum exercitu Lithuanico Leopolim modo properante, quid futurum, Deus novit. Serenissimus Leopoli manet. Cosaci indices illinc auxilium cum Tartaris speraverant. Novissime conflictum cum suecis habuerunt nostri, qui aliquot millibus suecorum trucidatis, bo circiter tormenta eis abduxerunt. Suecus adhuc circa Leopolim moratur. Zamoscium infeliciter oppugnare desiit. Busiasz nostrum adhuc integrum, Moscis molestum. Templum ferro et igne subversum, ad alios usus a Moscis impietatem

nisi Protectorem vererentur. Cui inscripta Rogana, Brzchow, Zapiczyno, Wolpa, Lachowicze et alia multa ex testamento Ill^mi D. Fundatoris: qui quidem omnem operam suam et gratiam nobis pollicetur; sed negotiis alio distrahentibus, ea frui nobis non licet. Ill^mus D. Fundator cujus pignus apud nos occultatur, apud nos refeliri constituit. Quomodo autem Ecclesiam in tanto tumultu et vastatione perficiam, D. Protectore, qui operam meam pollicitus est, absente et distractissimo, non video. Frus Brzostowski cum plena informatione et potestate, hic a me quotidie exspectatur venturus; sed vereor, ut etiam ipse scribit, ne Leopolim exercitum et D. Campiducem cogatur comitari*. Frus Det ut D. Palatinus vindictam sumat de Moscis, sicut parens illius: qui totam Moscoviam subegit. Frater germanus est D. Capitanei Regens. qui Widensteinowam duxerat. Scripseram antehac etiam R^do Patri; vereor tamen ne litteræ interceptæ. De pignore supra memorato, coram latore præsentium nullam mentionem faciat, ne divulgetur. Stanim, Szyatowice, Woynowice, Zyrowice, Zdzięciół, Jaszwy, Derewna una cum villis omnibus exusta (milliare medium a bonis nostris Busiasz) hoste subsistente, non sine singulari providentia Divina, quæ huic Loco ad laudem suam deputato conservare dignetur, spero, qui sine nobis cœpit, etiam sine nobis perficiet. Ill^me Frus Fundatricis defunctæ, una cum Fratribus et Parentibus Ill^mi D. nostri Pro-cancellarii spoliata et exusta corpora dicuntur: quæ omnia Ill^mus ad nostram transferre Ecclesiam tumulandæ cogitaverat. Cætera ab ore latoris præsentium melius et plusius intelliget. His me gratiæ et sanctis precibus enixe commendo. Brzeze 21 martii 1656.

Ven. P^tis Vestræ servitor J. Casparus Cochelius Prior

* His scriptis, mittens pro negotiis quibusdam ad me Illustris Frna Palatina Vilnensis, conjux Ill^mi D. Campi-Ducis, significat nuntiari sibi Frum Brzostowski infirmum Brestæ relictum, D. Palatinum, comitari non potuisse Leopolim. Infirmantur fame hic omnes homines contagiosa febri putrida, et plurimi moriuntur: qua et ego laborari æque etiam nunc vix respirare valeo.

P. S. Obitus Ill^mi D. Fundatoris sine mora ad futurum Capitulum denuntietur, Sepultura si poscitora rejecta. Scripsissem etiam R^do Patri de statu nostro, sed obviarem periculo non audeo. Rogo, illi significat. >> Ita Prior Brzezensis.

5 aprilis 1656. — Ex litteris V.P. Convisitatoris ad D. Priorem D^m Dantisci: ..... magnam curam pro vobis habet R^dus P.; sic enim mihi scribit in ultimis suis, datis 6 januarii et a me receptis 15 martii: = Quomodo se habeat, et ubi degat Frus Dantisci, prorsus ignoro. Deberet

saltem vobis sæpius scribere, et vos nobis. Nam hoc verat mirabiliter mentem meam, quod nesciam, in quo statu sint res illæ domus Polonicæ. Quæso si possibile est, singulis scribite, ut saltem officiales maneant juxta domos in loco securo, si non possunt juxta morari ob periculum; sed si juxta sint in vicinia saltem poterunt providere in articulo necessitatis, vel forsane totalem impedire ruinam. Curate quæso maxime de illis 3 domibus scribendo, interrogando, inquirendo quod, quomodo res se habeant, et me certum facite de his, quæ audieritis. Nam ut dixi crucior vehementer de ista sollicitudine, simul et incertitudine. = Sic scribit ille R^dus et nostrum omnium amantissimus Pater: quod rogo, ut etiam Ven. PP. Prioribus Berezensi et Gidlensi, si forte vobiscum sint, intimetis: quos etiam sæpe affectuosissime salutet, et pro eorum prosperitate et suorum provisione ad imitationem R^di Patris sum sollicitus.

Dat. Cheviis 5 apr. 1656. — † Barthol. Genibel Prior Rutilæ convisitator.

4 nov. 1656. — In litteris R^mi P. Generalis ad D. Priorem Dantisci: „..... Sciatis velim, fieri hic orationes et observationes pro domo vestra et pro utraque plantatione Poloniæ et Lithuaniæ. Quas 3 domos non cesso commendare Deo, S. V. M^ae Deiparæ ac Beatis Angelis custodibus. Vos qui estis Pater immediatus illarum, resumite animum, fortes et perseverantes estote in custodia et defensione illarum, prout dabit Deus et possibile vobis erit. Sic quia non deficietis, sed perseverabitis usque in finem ....."

Dat. Cartusiæ 4 nov. 1656. — † Joannes, Prior Cartusiæ. —

§ Licet in his conjicere, quibus in angustiis, quantis in periculis omnes 3 domus Poloniæ anno præsente versatæ sunt: nec mirum, quod in Lithuania ad Berezam per annum istum integrum, e nostris Cartusiani, nempe R. Caspar Cochelius Prior et D. Reinoldus Hubleiz procurator commorati sint.

1657. — Annus 10us Fundationis. —

„ A^o 1657 mortuus piissimo ac Illmo Fundatore, Ven. Patres ex proventibus annuis incepta ædificia complevernnt, et pro noviter exigendis fuere occupati (vix anno præsente, ait chronogr., 3 occidentibus bellis.) Cæterum nihil notetur (mostra pleraque miracula) dignum hoc loco nisi ens dignum."

Addenda

14 jan. 1657. In litteris V. P. Convisitatoris ad D. Priorem Dantisci: „..... magno pere desiderat

scire R^dus Pater quis adhuc superstes sit, et quomodo agatur cum reliquis 2 domibus, novellis plantationibus Gidlensi et Berezensi.....» Dat. Rutilae 14 jan. 1657. P. Barth. Geubel S.

« Berezae non plures superstites erant quam bini religiosi D. Casparus Prior et D. Reinholdus procurator, nec possibile erat illuc plures mittere aestuante bello et viis occlusis. In ch. Capituli nihil occurrit.» ita D. Schwengel.

1658. — Annus 11us Fundationis. —

« A° 1658 virtute SS^mae Crucis, denuo etiam multi curati sunt, quorum nomina in Annalibus nostris inveniuntur.»

Addenda

Ex ch. Cap.: Priori D^s Paradisi B. V. M. prope Dantiscum non fit m^ia; et D. Joan. Bilstein vicarius est ad domum Berezae, et ibidem exerceat officium vicarii, Et committimus D. Priori ut cum eo unum alterum monachum mittat pro juvamine dictae D^s Berezae.

Et inferius: Priori D^s Berezae in Lithuania non fit m^ia.

1 julii 1658. Ex litteris V. P. Convisitatoris ad D. Priorem Dantisci: «.... chartam Capituli nostri gen. hoc anno tarde recepimus, nimirum 2 julii (junii?). Disposuimus pro domo vestra et Berezanâ ac aliis vestris filiis, sicut melius potuimus. Optassemus scire expressius statum domorum istarum..... Providete domibus ambabus domus vestrae filiabus.

Dat. Coloniae 1 julii 1658. P. Barthol. Geubel —

13 julii 1658. Litterae R. P. Generalis ad D. Priorem D^s Berezensis: « Ven. in X^to P. Difficile omnino est, Pater, de Franciâ pertingendi usque ad vos. Quod enim frequenter adverto, vestrae citius et facilius ad me veniunt, nostrae vero ad vos saepissime pereunt. Ultimatae datae (quas recepi ante paucos dies) nempe per Parisios, et haec est optima via, cum sit illa civitas in medio Urbium Europaearum, quasi est inter stellas, sic cuivis apparet illa ab omni orbe, et tendentia est ad illam ab omni coelo. Direxit autem illas Capellanus aliquis, sive Eleemosynarius Seren^mi Regis Poloniae, qui vocatur a S. Martino. Nos vero ante dies 15 circiter vobis via Austriae, hoc est recta Viennam, deinde Olomucium, per Patres ordinis scripsimus, una cum D. Josepho jam professo: qui vobis suum mittit testamentum.... Egregie et sollicite commendavi dictas cartas tuto vobis mitti, professi, reddi, sed bone Deus! qua via? hanc mitto Parisios, ut

L. Berza

deindè dirigatur Varsaviam ad istum D. Capellanum a S. Martino (siccognominatur) a quo hanc recipiatis, modo curia et consequenter Capellanus Varsaviae consistat.

Jam Justum dictum, D. Josephum, sollicitum de omnibus, jam agit subdiaconatum, in choro; postea gradatim ascendet, Egregius vir et firmae valetudinis, quae nullatenus mota est. Curate vos omnes ipsius, quod scribo per supradictos. Reddemus illum vobis una die, Deo bene juvante, cum fuerit in nostris eruditior. De Serenmo Rege, agrotante apud vos, sollicitus sum. De domo vestra, quam video multum a Deo juvari respectu coeterarum; sed caveto ne quando opiae vobis illudant, vestris sylvis, pontibus et fossis, in quibus confiditis, putantes vos esse bene clausos. Super omnia quando divina providentia et sua protectione, et sub umbra alarum suarum secure dormietis. — Cracoviae 13 julii 1656. — Vester in Xto confrater, P. Joannes, Pr. Cracoviae

P.S. Vidi omnia quae narratis de protectione domus, de necessitate retinendi subditos, ne ad alios divertant, de munitione loci: sed maxime de aetate vestra et senio, jam vergente ad occasum, simulque adversa valetudine. Vobis in omnibus his paterne et vehementer compatior ac doleo, quod in tantis curis et tremoribus, male insuper valeatis. Dicit tamen noster professus D. Josephus (Bogdanowicz) quod e vobis longe formido sit et quod addatis omnibus animos et speretis protectionem vestram a D. Deo. Benedictus est. — Missam unoquoque die pro Illmo Fundatore dicendam, suscipere vestrum est, cum ipse sit Fundator, atque ideo vobis hanc concedo facultatem, tale persolvendi officium. Itemque pro sepultura corporis alicui servati, quod aequum et justum aestimabitis fieri debere. Vobis etiam D. Cochelio (nostris successoribus Prioribus) concedo facultatem remittendi nostros dantiscum, qui vobis cum morantur: vita secundum Deum et ordinis bonum convenire judicabitis. Laboro nimia anxietate pro P. Rore Gilensi, et ignoro quomodo subsistat et Illma Fundatrix, cujus monachatum jam persolveramus anno praeterito. Subibit frequentius maxime cum cras acceperitis nostri professi. — Non veniat huc vicarius Wolfensis ad sumendum habitum. Benedictum suscipi curabimus in domibus Austriae, cum tempus advenerit, sic ita R.mus P.

§. Actus belli anno praesente paulo remissior fuit praecipue in Lithuania; Cosaccis sensim ad Regis obsequium redeuntibus.

1659. — Annus 12us Fundationis. —

7

« A°. 1659 Regressentum hujus novæ plantationis R^dus ac V^us P. Generalis Ordinis nostri, sollicite desiderans, omnimodam curam gessit, ut ab exordio virtus & Religionis nostræ, quam perfectissimè etiam in hoc loco radicaretur. Prudentissimis nonnisi initia hujus plantationis commissit regenda: quitam virtute quam scientiâ aliis præluceret. His merito annumerandus D. Josephus Bogdanowicz professus Cartusiæ, anno præsenti, ex cartusia majori præfecturæ hujus D^ni, a R^do P. Generali missus: quanta ejus fuerit diligentia ac administratione sui officii, brevi elucidabitur inferius. »

Addenda -

Ex ch. Cap.: Priori D^ni Paradisi B.V.M. prope Dantiscum non sit mitra: et D. Laurentius Fendrich id idem sacrista, erat ad domum Berezoo. — Priori D^ni Berezensis in Lithuania non sit mitra.

7 februarii 1659. — Ex litteris R^di P. Generalis ad D. Phil. Priorem Dantisci: « ..... commendo vos Deo impensissime, et curam possibilem harum plantationum in Poloniâ committo. Hic egregium sacerdotem Lithuanicum professum mitto, qualem et mittam unâ die Berezam .....

Cartusiæ 7 febr. 1659. — ✝ Joannes, Prior Cartusiæ

4 aug. 1659. — Ex litteris P. Prioris Coloniensis ad D. Priorem Dantisci: ..... commorantur hic in studiis Coloniæ 3 filii D. Sapiehæ, quorum tamen duos tantum vidi, nostram cartusiam visitantes, qui inter alia narrârunt Cartusianos Lithuaniæ esse ejectos a Moscis et P. Casimirum hospitare in domo Brunæ: An aliquid in re sit, valde desiderosus sum. Puto eos errare; quia eorum relatio est antiqua, vidi et ab extero patratis: sed certior videtur nostra, quia noster professus quidam, procurator D^ni Hildesii venit Viennâ, transiens Brunam et Ragam, et hic veniens ante 14 dies, nihil horum audivit, postquam fuisset bene per 6 menses partim Viennæ, pro majori parte tamen Monachii in conventu ..... Coloniæ 4 aug. 1659. — ✝ Georgius Andreæ, Prior.

§ Lengnich hist. Pol. pag. 203. « A°. 1659 bellum Moscicum renovavit. Caro inâni successionis spe et Cosacorum defectione irritato, hic in Lithuaniam et Ukrainam immissi exercitus, quorum unus ductu Chovanscii, Gansieviam militis Lithuani Prosfecturam minorem, numero longe impariem, ad Vilnam profligavit ipsumque cepit: postquam deinde, Vilna, Grodna, Minscum et alia oppida victori cesserunt ..... »

Ob id discrimen, Conventus Berezensis iterum solutus, et Patres (acceptis obedientialibus ad quamcumque vicinioren Domum Ordinis se transferendi) dimissi sunt: ex his D. Joannes Bilsteria vicarius et D. Laurentius Fendrich (ambo professi Dantiscani) occulti ab alibi viis, penetrarunt usque

in provinciam Alemaniae inferioris, ubi ambo in domo Grunaw a PP. visitatoribus locati sunt, ac non diu post ibidem D. Bilstein in Priorem d^s Snals et visitatorem prov^ae, D. Laurentius vero in Priorem d^s Ilmbacensis evasit. Berezae pro custodiâ domus manserunt soli D. Casparus Prior et D. Josephus (nifallor) procurator. Recesserunt quidem et hi Gidlas sub feroci illo incursu, sed cito reversi sunt.

1660. — Annus 13us Fundationis. —

« A° 1660 Praeter beneficia per miraculosam S. Crucem devotis catholicis collata, aliud nihil adscriptum invenio. »

Addenda.

In ch. cap. nihil occurrit praeterquam: Priori d^s Berezensis in Lith. non fit mia

Ex litteris R.P. Generalis ad D. Priorem Dantisci: « Ven. in X^to P. non sine maerore grandi audivimus et tulimus acerbum nuntium, de incursione facta in tractum, seu territorium Berezae nostrae, de quâ quidem P. Procurator scribit aliqua, sed imperfecta, ita ut relinquat me anxium et dubium atque ignorantem, utrum feri isti barbari monasterium ingressi sint, necne; nam de possessionibus et subditis paulo longius distantibus, dubium non est, quin male habuerint. Oro Deum, ut deperdita resarciat et dispersa colligat. Vos quidem mulcetis et lenitis curas nostras, dicendo hostem retrogressum esse; sed zelus mihi persuadet, non tam cito illum recessisse, quin gravia damna intulerit. — Gidlae audio P. Priorem Berezae haesisse per aliquod spatium; et sic habuisti intentum, dum volebatis, ut aliquis ibi subsisteret. Vellem quidem ego ibidem essâ bonum Vicarium aliquem, sed nemo fere voluntarius est pro hujusmodi plantationibus, eo quod nolint pati illa prima incommoda, quae longa omnino sunt..... De 3 istis exulibus Berezanis (D. Joannem Bilstein, Laur. Fendrich et Joan. Brions prof. Dantisci) disposuimus per chartam in prov^a Al. inferioris ad tempus..... (le copiste a du oublier la date)

7 junii 1660. Ex litteris V.P. Visitatoris ad Priorem Dantisci: «..... Accepimus litteras P. Prioris Berezani scriptas 2 aprilis hujus anni. Ille statum lamentabilem suae domus in eundem modum, sicut et vestra P^tas scribit. Speranda meliora. Vellem scire ubinam esset D. Joan. Brions, nam nullam mentionem de ipso facit P. Prior Berezanus in supradictis suis litteris

Treviris 7 junii 1660. Fr. Barth. Geubel visitator.

31 aug. 1660. Ex litteris P. Prioris Coloniensis ad Priorem Dantisci: «..... Illmi DD. Sapieha expectant sollicite suum cambium, ituri Lovanium ad ulteriora studia. Bene student et proficiunt. Nuper in publicis Actibus apud Patres Soc. P. valde laudabiliter gesserunt personas suas.... Coloniae 31 aug. 1660. Fr. Georgius Prior

1 nov 1660. Ex litteris V.P. Visitatoris ad Priorem Dantisci: «..... an vero P. Prior Berezanus jam domi suae restitutus et procul dubio personis indigeat, ego nescio.....

Rutilae 1 nov. 1660... Fr. Barthol. Geubel visitator.

18 dec. 1660. Ex litteris R.P. Generalis ad Priorem Dantisci: «..... De plantatione etiam Berezae (ad quam miseram officialem egregium et meum professum) narrate quid scitis. Et quidem ut video, nimis erit exposita illa Bereza, tot barbaris nationibus cincta; ut si ab una non destruatur, ab altera debeat pati incendium. Quid enim aliud a Cosaccis, Moscis et similibus expectandum est? Domus enim tales in territoriis illis stantes, nihil fere possunt promittere nisi proximam ruinam. Quod si aliter vobis visum, id ipsum denuntiate.....

Castusiae 18 dec. 1660.. Fr. Joannes Prior Castusiae.

1661. — Annus 14us Fundationis. —

« Ao 1661 sub Vendo D. Casparo Cochelio Priore, primam domus nostra obtinuit chartam Capituli gen. »

Addenda.

Ex ch. Cap.: « Priori d. Paradisi B.V. Mae prope Dantiscum non fit mia: et hortamur professos dictae Dni, qui mittendi erunt ad novas plantationes Gidlensem et Berezanam, statim dicto libentes obediant: et pro zelo Ordinis et amore Dei gaudeant et cupiant pati, si quid incommodi sentiatur, occasione multiplicandae posteritatis. — Priori d. Berez. non fit mia. »

28 junii 1661. Recognitio D. Brzostowski: « Oznaymuie tą moią Attestatią iż em odebrał od Jm Xdza Philipa Bolmana Przeora Carthusow Gdanskich 50 Czerwonych Złotych: Ktore to pieniądze mam oddac do rąk Jmci Xdza Kaspra Cocheliusza Przeora Carthuzow Berezkich, y recognitią na nie odebrawszy, odestac co prędzey Jmci Xdzu Przeorowi Carthusow Gdanzkich. Na codaie tą moią attestatią z podpisem ręki moiey.

Dat. w Warszawie 28 junii 1661. Emmanuel Eustachi Brzostowski. —

aug. 1661. – Recognitio D. Prioris Berezensis: „Oznaymuie ta moia attestatia, yz JMść Pan Emmanuel Brzostowski oddał Czerwonych Złotych 50 do rąk moych, ktore JMść Xdz Bolman Przeor Gdanskiey Cartuziey do mnie posłał. – Dat. w Berezie d. Aug. 1661. Fr. Casp. Cochelius ꝯ

24 oct. 1661. – Litterae D. Prioris Berezensis ad Priorem Dantisci: „Ven. in Xto P. Prior, salutem in Dno. Quoniam praesentium lator litteras ad V. Ptem vestram ab Illustri D. Brzostowski ad monasterium laturus est, V. P. vestram saluto, et rogo si diurnale habet, mihi transmittere dignetur: cum meum continuo usu pene computruerit. Suspicor D. Brzostowski Dno Culminski Gedanensi civi sarcophagum marmoreum per D. Richter statuarium exstrui curare pro corpore defuncti D. Fundatoris nostri, insignibusque in facie templi affigendis, ut nuper Illmus D. Palatinus mihi promiserat. Nos hic continuis militum transeuntium rapinis et exactionibus publicis, motibusque communibus exhausti, quotidie pene mori, tolerabilius aestimamus, quam in tanta afflictione aegrum trahere spiritum. Inter tot tamen molestias et paupertatem Ecclesiam intexi, sacellaque lateralis unius, ad cultum divinum ibidem peragendum, perfeci. Hisme sacris precibus V. P. V. commendo.

Berezae 24 oct. 1661. – V. P. V. confrater in Dno F. Casparus ꝯ

1662. – Annus 15us Fundationis. –

Ao 1662 Nihil invenitur praeter pauca miracula,

ex ch. cap. Priori d. Berezensis in Lithuania non fit mia.

Die 17 dec. ob. V. P. Philippus Bolman, Prior d. Dantisci et commissarius novellarum plantationum Gidlensis et Berezanae; qui negotium fundationis Berezanae non solum ab initio cum Illmo Fundatore tractavit ac perfecit, sed et abinde solerter promovit. ꝯ

1663. – Annus 16us Fundationis. –

Ao 1663 Nihil praeter miracula invenitur,

ex ch. capt. Priori d. Berezensis in Lith. non fit mia.

1664. — Annus 17us Fundationis. —

A° 1664 similiter et hoc anno. — ex ch. cap. Priori D. Berezensis in Lith. non fit mia —

Addenda. —

12 sept. 1664. Ex litteris V.P. Convisitatoris ad D. Antonium Priorem D. Dantisci: «... Scripserat nobis R.P. noster Generalis quod visitatio domorum Polonicarum esset necessaria; sed tempus pro tali visitatione facienda nimis breve, neque sufficiens esse considerantes, visitationem in annum sequentem (si Deo tamen placuerit) differendam, apud nos conclusimus. Attamen ut R^do Patri sicuti et V.P. Priori Berezensi satisfaciamus, mittimus hinc duos sacerdotes bonae voluntatis, unum (D. Matthiam Carp) Rutilae, alterum (D. Joannem Feigens) Juliaci professos pro domo Berezae et consolatione P. Prioris ejusdem domus. Quia vero V.P. Visitator solum unicum suum comprofessum Berezam hinc iturum existimavit, sic D. Erasmo seniori domus vestrae obedientiam scripserat, etiam Berezam eundi, ignorans quod ego jam alterum cum suo comprofesso iturum disposuissem. Placuit ergo ven^do P. Visitatori et mihi, ut ego professo Juliacensi obedientiam scriberem pro domo Berezensi, obedientiam autem pro D. Erasmo scriptam non mitterem, quousque visitatio fiat et cognoscatur, utrum plures personae in domo Berezensi sint necessariae &c. Hoc P^te vestrae significare volui, ne suspicetur errorem cum obedientiâ P. Erasmi factum, cum absque dubio mentionem V.P. in suis litteris fecit...

Confluentiae 12 sept. 1664. — R. Joannes Hoff — L

17 sept. 1664. — Ex litteris V.P. Visitatoris ad Priorem Dantisci: «... Accepi ultimas vestras ad me 8 aug. datas, et quidem ad eas vobis rescripsi, sicut et V.P. Berezano. Putabat R^dus Pater vos hoc adhuc anno visitandos, sed quia tempus breve nimis est, hoc utique necessario differendum est. Hanc autem moram, dicit ille (ut propriis ipsius verbis utar) se impatienter, anxie et formidolose tollerare.

Aliud nobis injunctum est ab eodem R^do P. mittere ad domum Berezensem 3 bene qualificatas personas pro exercitiis Ordinis nostri: qui necessario debent mihi hoc tempore. Misimus unum ex nostra domo nostrum comprofessum, et ut intelligo ex litteris P. Convisitatoris, comitabitur illum unus ex domo Cantaviana, ibidem prof. et sacrista, D. Joan. Feigens: noster vocatur D. Matthias Carp. Si visitatores hoc anno ad vos ivissent, debebant et illos 3 religiosos secum assumere. Tertius, quia nominatim desideratur a

V. P. Berezensi, D. Erasmus Krais vester Senior, eat in nomine Dñi cum nostris committendis...

Rutilae 17 sept. 1664. Fr. Barth. Geubel Prior Rutilae et visitator.

29 oct. 1664. – Ex litteris R. P. Gen. ad Priorem Dantisci: «... Deinde major est vobis necessitas veniendi ad nos: cum etiam vobis cum agere debeamus de domibus istis longius dissitis Polonicis; cum ab illarum plantatione domus vestra illis benefecerit, et cum mihi renuntiatis monachos eo esse mittendos. Anxius sum nimis: cum meliores utique mitti debeant ad plantandum Ordinem, et tamen turbatiores et imperfectiores saepius mittantur. Cogitate, qualis oeconomia sit, seminare non bonum frumentum in agro, et quid colonus possit sperare promesse. Multa ergo tractanda forent de his, et nosse cunctos deberem ego, qui illuc mittendi sunt; quamquam in praesenti metu et bellorum concursu, vix duo bene subsistere possint Berezae. Nam turbationis bellicae non est finis. Et quid ibi agent solitarii soli? nam officiales aufugiunt huc illucque et sic liberant se, major ergo numerus non erit auxilio, sed oneri. Iam vero paratur visitatio 3 domorum istarum: qua peracta, deliberabimus quid facto opus sit. Visitatio enim fiet vere proximo.....

Cartusiae 29 oct. 1664. Fr. Ioannes Prior Cartusiae. –

19 nov. 1664. Litterae D. Prioris Berezensis ad Priorem Dantisci: « Salutem in Dño. V. in Xto P. Prior. Pro Patrum huc missione (qui Dei gratia et Ven. Ptis vestrae auxilio, huc sani appulerunt) eniae gratias ago. Deus det ut sub S. Crucis vexillo ad Dei et Ordinis honorem diu quiete Dño deserviant. Quod vero taxam Capituli exigit, novum plane emergens; nunquam hactenus tempore longe feliciore, auditum. Neque enim moris in Ordine, domibus quae nondum formatae, imponere. Computum, seu ratione inter nos, acceptorum et expensae utriusque domûs mitto, ne videamur vos nimium gravare: neque restam contentiose exigo, fratres enim sumus: neque amplius requiro, quam ut viaticum pro his Patribus, cedât in solutionem, et charitas illaesa maneat. His me gratiae SSque sacrificiis humillime commendo. Ven. Ptis vestrae indignus confrater.

Berezae 19 nov. 1664. F. Casparus

D. Erasmus Krais, prof. D. Dantisci, obsenium, non ivit Berezam, ait schwengel

19 nov. 1664. – D. Matthias Carp adventum suum felicem significat P. Procuratori Dantisci: « A. V. necnon in Xto dilectissimo P. ac DD. Ioanni Ulderen, procuratori Cartusiae Gedanensis vigilantissimo D. ac Patrono suo plurimum observando atque colendo. Praevia salute. A. V necnon in Xto dilectissime P., 4 nov. Deo adjuvante, salvi et incolumes ad

designatum nobis a superioribus pervenimus terminum, V.P. Priori, necnon V.P. procuratori nos ingrati hospites. Interim tamen adhuc multis expositi periculis ratione bellorum, atque amdiu mansuri, novit Deus. His omnibus occurrentibus V.P. caspavus adhuc abstinuerunt prosequitur laborem. Jam Ecclesia (laus Deo) perfecta, summum altare 33 ulnarum altitudine, 18 latitudine erectum existit. Utinam D. Deus pacem nostris concesserit temporibus, vitamque V.P. Priori adhuc ad tempus prorogaverit, erit haec certosia quae sibi similem in nostra non habebit provincia. Pro pallio mihi a P.V. vestra dato, immortales ago gratias: quia revera hic tale non acciperem, nisi contulissem. De charitativo tam P.V. vestra quam V.P. Priori obsequio et omnimoda provisione ac cassi jam V.P. Visitatori et convisitatori, speramus illos omnimodam vobis satisfactionem procuraturos. Interim ego immortales ago P.V. vestro gratias, et si quid obsequii grati praestare possem, ero obligatissimus P.V. vestro servus. Salutet cognatos humanissime, si placet V. et in Xto mihi dilectissimum P. Joannem Lozo et V.P. Matthiam (si adhuc in vivis sit) et V.P. Reinholdum et religiosos omnes. — Brozae 19 nov. 1664.

Indignus confrater P. Matthias Carp. Certusiacus, prae. de Rutila in Lotharingia, hospes D. S. Crucis in Lithuania.

1665. — Annus 18us Fundationis.

„ A° 1665 in lucem venerunt secundo VV.PP. Visitatores ex Provª Rhenº, D.D. Berth. Goubel Prior de Rubilee, visitator et Joan. Treii Prior de Mogontiae in socium assumptus ex commissione Capituli gen.; steteruntque in actu visitationis diebus 9 prout patet ex charta visitationis ejusdem cujus nucleum subjungo:

Fuit haec domus fere ab initio fundationis suae variis et immanibus bellorum turbinibus usque hunc exagitata, aliquoties per Moscos, Tartaros, Cosacos similesque barbaras nationes spoliata, a suis habitatoribus, ad alias provincias Ordinis profligatis, derelicta, atque etiam plurimis speratis adminiculis et praemissionibus, ob minus citam mortem fundatoris optimae memoriae frustrata: invenimus nihilominus magnâ Dei misericordiâ, domum hanc stantem et erectam, et pulchris pluribusque aedificiis adauctam. In visitatione praecedenti ante duodecim hic facta erant nonnisi 6 cellae cum una parte ambitus. Interim accesserunt 12 aequatia alia aedificia. Et ipsum templum domus istius satis augustum, longitudine 62 ulnarum, latitudine

17, altitudine 27 ½ ulnā, exceptis 6 sacellis, sacristia et Capitulo, sua proportionatā structurā Ecclesiam ampliantibus et exornantibus. Cui ob sui magnificentiam simile non habemus in nostra prov.ª Rheni. Praeest huic domui secundus in eadem Prior D. Casparus Cochelius, prof.us d'Dentisci, plusquam 40 annis in istis 3 domibus Polonicis, variis officiis functus: communi omnium commendatione est vir pius et devotus, exemplaris, sobrius ac aliis virtutibus suam venerandam canitiem et praelaturam decorantibus decenter ornatus, externis quoque et Magnatibus mire gratus, morumque ac consuetudinum Polonicarum apprime peritus, et ad hoc officium calamitoso hoc tempore, singulari Dei providentia, destinatus. Erat totus intentus et attentus, secundum magnificentiam templi jam ferme ex toto aedificati, eadem sumptuositate, etiam sedilia chori et alias fabricas in eodem perficere, quin etiam totam domum vallo, fortalitii instar, munire; quod tamen deficiente nervo aedificii, nimirum pecuniā, est impossibile. Injungimus ergo illi, ut dilatis fabricis istis sumptuosis, et differri possibilibus, specialiter pro cantu musicali per extraneos ibidem exercendo, ac cancellis ante summum Altare pro communicandis ibidem extraneis, similibusque Carthusianismo nostro repugnantibus, omissis faciat atque procuret ea quae sunt necessaria ad clausuram cartusianam formandam atque firmandam, ac ad mulieres a congressu et conspectu conventualium arcendas; quin et ad alendos competenter, et juxta illius regionis frigiditatem in omnibus sufficienter providendos tot religiosos, qui sufficiant ad divinum officium more cartusiano, si non cum cantu pleno, ad minus simplici, persolvendum. Mirati sumus quod post tanta erecta jam aedificia, nulla servetur clausura a mulieribus: quae licite intrant totum templum usque ad summum Altare, ibidem communicantur, audiuntur que earum confessiones a nostris, intrant ambitum et cellas. A pluribus annis ob paucitatem Cartusianorum in dictā domo Berezensi nullum divinum officium, nec diurnum nec nocturnum more Ordinis celebratum est, nisi nudae missae privatae, quas quilibet celebrat prout vult, et quidem more magis Romano quam Cartusiensi, quasi saecularibus scandalosum. Hinc etiam merito exprobratum est a Magnatibus, Cartusianos esse otiosos et... solos se ipsos saginantes et Haec exprobratio non debebat tolli et caveri per assumptionem exercitii et officii publice in nostra Ecclesia praedicandi, et audiendi confessiones etiam promiscue mulierum, contra morem et materiam Ordinis nostri; sed possibilem actualem observantiam Ordinis Cartusiensis in hac domo conservandam, et omnibus possibilibus modis, manu tenendam, et necessarium numerum monachorum ad hoc procurandum

non dubitamus, quin V.P. Prior y jus dam nobiscum sit opinionis et voluntatis; ideo confidimus in Deo, Deum una cum introductione Cartusiane observantiæ in hanc domum et multiplicatarum suam benedictionem pro sustentatione servorum suorum in hac domo, successu temporis etiam sufficientia media suppeditaturum, quibus alia sua bona intenta perficiat. Præter V.R. Priorem, in animas in hac domo 3 vv. PP. conventuales (P. Joseph. Bogdanowicz procur. P. Ubaldus Carp. subst. Rutka et P. Joan. Feigens prof. Cantavii) quorum unus est professus Cartusiæ; inter hunc et V.D. Priorem invenimus esse difficultatem et displicentiam mutuam, quæ et ambos supra modum afflixit, et alios contristavit. Habuit illa suum ortum ex diversa opinione circa ædificia, desiderante V.D. Priore magnificentius complere sua ædificia, quam V.P. procurator putat et [expedient] et possibile. Hanc difficultatem speramus jam sublatam esse per supra posi-tas nostras ordinationes, et novum bonum conceptum promotificando (verba obscura sit: Ch. mendose nonne esset: fortificando?) monasterio tam ipsis ambobus quam nobis placentem. Religuis compositis omnia, ut speramus, commonentes quemlibet sui officii. Religui duo Patres anno præterito ex provincia pro jure eminentiæ hujus domus missi sunt. Status talis est: V.P. Prior cum 3 monachis ut supra, sine debitis et per elegrationem non solum ipsi in omnibus abunde inter provisi, sed quod etiam ex annuis redditibus ad minus 18 personæ inde sustentari possent, nisi pars maxima proventuum in construendo ædificia converta deberet. Hetimus in actu visitationis diebus 9. Sic supradicti Sigillorum, domorum, marum appositione testati sunt. »

Addenda.

In Ch. Cap. Prioratus de Berezensis in Lith. non sit mira

M.D. Niemcewicz leg at bona Lewoszki Ecclesiæ Berezensi pro erectione et dote Altaris.

unitis dum de 1 vol. appo jemus hic va rientes ex dessus

2 oct. 1665. – Litteræ inscriptionis M.D. Samuelis Niemcewicz [Niemcewicz], Dapiferi Wilkomiriensis [Wilkomiriensis]: quibus bona Lewoszki [Lewiski] perfectio legavit pro Altaria [et Altaria] ad Ecclesiam S. Crucis Cartusiæ Berezensis. –

In nomine Ssmæ Trinitatis, unius Dei, Patris et Filii et Spiritus Sti. Amen. Ego Samuel Niemcewicz, Dapifer Wilkomiriensis [Wilk.], declaro notumque facio et profiteor his meis literis datis, perfectæ inscriptione, cui hoc scire incumbit, modo et in posterum futuris hominibus: quod ego perfectæ meæ bona in Palatinatu Brestensi sita, dicta Lewoszki [Lewoski], parata et manu data summa pecuniarum mearum e Terra Brestensi, S. D. Alexandro Roszczyna, et illius consorte Dna Catharina Kolaczkowna [Kotyłowna] a Roszczynina [Rotkiewiczowna], imperfectum emi et solvi. Habens potestatem hac ditione et volo, disponere ex bona mea et non coacta voluntate, desiderans ne in futuro revocabo apud Creatorem meum,

perderem gratiam et misericordiam, nominatam ditionem meam Lewoszki (Lewoszki) ven. Patribus Cartusianis ad monasterium Berezanum inscribo, perpetuoque tempore do et dono cum omnibus ad illam pertinentibus, cum subditis, uxoribus liberisque eorum, et cum his qui exire erunt, quos recuperare liberum erit ut veris haeredibus, uti a nominatis personis Jus mihi datum perfecte significat: et nunc trado, et per Generalem in possessionem dimitto, stante vita mea et sano intellectu dictis VV. PP. Cartusianis Berezanis, cum pecoribus omnis generis, frumentis, seminatis in agro, in horreo et in granariis praesentibus, et cum omnibus universim singulatimque ad bona haec Lewoszki (Lewoszki) pertinentibus, lucris insimul: et jura antiqua in haec bona Lewoszki, Juraque emptionis meae omnia trado ad manus Ven. Patrum Cartusianorum; secundum quam Inscriptionem meam liberi et roborati erunt, ut suam propriam ditionem disponere, expendere et dirigere, Cautionem pono, ut nullus e consanguineis, nec consors mea, nec filius meus Andreas faciant praepeditionem, sub vadimonio summae 5000 (15000 (A)) florenorum. Facioque hoc notum: quod fundo Altariam (are (A)) in capella a dextra parte Ecclesiae Ven. Patrum Cartusianorum existenti in primo gyro: ubi et corpus mei peccatoris post obitum meum jacere debet; ad quod Altare nominatae capellae Patres Cartusiani hujus conventus qualibet hebdomada, unam missam pro animâ mea Majestatem Divinam placando, offerre tenebuntur; in quo, fide religiosa et conscientiâ obstringo VV. Patres Cartusianos, petoque propter amorem Dei (exceptis hebdomadibus solemnitatum earumque octavarum, in quibus Ecclesia sancta missas pro defunctis celebrare non solet): sicque ditionem hanc Lewoszki ex nunc a traditione harum litterarum, leberoe voluntatis cedens Ven. Patribus Cartusianis in possessionem liberumque usum, ipse perpetuo renuntio juri meo et ex mea personâ in dictum monasterium Berezanum transfundo, nec minimam partem hujus ditionis excipiens, in campis, aula, subditis aut quacumque re ei pertinenti, mihi ipsi, consorti, liberis, consanguineis, ullique personae alienae, praeter unum rusticum, Leonem dictum, ad meum solummodo servitium, quando mihi accidit inhabitare penes Ecclesiam Patrum Cartusianorum: censum tamen debitum cum aliis subditis reddere debebit Patribus Cartusianis ad Thesaurum Reip., quoniam post obitum meum totaliter ad Lewoszki pertinere debet cum famulitio. Expeto tandem hoc a Ven. Patribus Cartusianis, ut pro meo adventu ac inhabitatione ad Ecclesiam, ex hac ditione Lewoszki certus victus secundum particulare regestrum specificatus, cum subscriptione manuum utriusque partis, quotannis extradatur. Hoc autem sub mea praesentia penes Ecclesiam, non alicubi (aliquo A) alio mittatur,

154

quod extorquere nolo; quia ut hunc victum ordinarium habeant mihi, quando apud illos permanseris, si tamen non habitaveris aliquo anno, exponere vel in alterum annum reservare non tenebuntur; sed in suum usum monasticum conversent, nulli de hoc post obitum meum de mundationem dando. Utcunque post-mortem meam is victus annue expletus (in victus annui repetitus (A)), et successio Leonis subditi cessare debebit. Et si aliquis consanguineorum meorum, usurpando sibi ad hanc dilationem prosecutus, et protensionem bonorum Lewoszkowcensium, vel in minima parte damnum fecerit, ego solus, conjux mea, vel filius meus intra admonitum 15000 fl. 5000 florenorum Polonicorum et compensationem damni incidere debet. Procedendo in hac fundatione altaris, et donatione mea, fide conscientiaque bona, nihilque infringendo statutis publicis specialiter constitutioni in anno 1635 de hac re scriptae. Provider ego Samuel Niemcewicz Zapiser Wilkomiriensis de hac mea, praefatura, inscriptionem Ven. Patribus Custodiis monasterii Beregani cum sigillo meo et subscriptione manus meae, et cum sigillis subscriptionibusque manuum, Magnificorum, Generosorum, amicorum meorum, in subscriptione manuum infra expressorum, a me oratorum personaliterque rogatorum.

Scriptum Szydłowicis A° 1665 mense oct., die secundo.

Samuel Niemcewicz, Zapiser Wilkomiriensis manu propria subscripsit.

Oratus rogatus a Mn. S. Zapisero Wilkomiriensi testis, Martinus Alexander Koromowicz mp

Andreas Niemcewicz mp

In judicio (circa festum Nmae Invitatis) A° 1666 mense Junio, die 26 haec Inscriptio tradita est ad inserendum libris. –

Stanislaus Casimirus Bobrownicki, Judex terrestris Brestensis, Colonellus S. R. M.

Joannes Casimirus Gardecki, Vice-Judex Brestensis.

Constantinus Joannes Szuyski, Notarius terrestris Brestensis.

14 aug. 1665. – In litteris R. P. Generalis ad Priorem Dantisci: Patiens ut a tradita Patrum Beregensium in scribendo, et ideo illos sollicita et incita et compella ad hoc officium: sine quo non stat regimen Ordinis, nec puritas Religionis. Sed unum et tam multa fiunt in domibus divitis, et singularibus in domibus fundandis et plantandis, et nisi illas restituerimus ad puritatem, in fines a veritate, non possumus adhibere remedium tot malorum, quae solent evenire..... Accepimus obitum Regis de Polonia, quae favebat filiis. Illi dedimus de B. M. per lit. ord. Dicitur Rex velle se recipere in unum aliquem domum Ordinis, non

facile credo. Cartusiae 14 aug. 1665. — F. Joannes. Prior Cartusiae

Obitus Ill^mi Protectoris.

Hoc item anno die 30 dec. obiit Rozanae Ill^mus D. D. Paulus Sapieha, Palatinus Vilnensis Exercituum M. D. L. Dux supremus, Protector primus Cartusiae Berezanae, ab ipsomet piissimo Fundatore designatus, qui et Berezae anno sequenti sepultus est. (vide ad an 1666) —

Post hunc idem munus protectionale gessit Ill^mus DD. Casimirus Sapieha, illius filius. —

Mittuntur Berezam pro juvamine 2 professi P. Dantisci. —

Epistola D. Casp. Cochelii Prioris Berezensis ad D. Antonium Ziegler Priorem P. Dantisci: « Salutem in Dño. V. in X^to P. Equum cum Ven. Patribus Christiano Deutz et Joanne Brions missum, remitto. Remisissem et calessam, sed modo non sufficeret unus pro 2 equis validis. Mihi hic ob machinam gravem non convenit, neque ulli foret usui: maneat ergo tempus opportunum operiens. Nostrum aliqui Gedanum profecti sunt, quos ut aliqua Gedano adducerent victualia, rogavi. Nihil enim hic acquiri potest, neque moneta nostra in Prussia recipitur. Pisces Dnus hoc toto anno non dedit: quod Patribus apponam, non habeo. Coactus itaque Gedani aliquid acquirere jussi. Vinum etiam pro sacrificio ob bellum intestinum acquirere nequeo. Rogo itaque ut vinum gallicum Szoflaudner odner Bordeaux Oxfordst, vel media tonna, cum albo panno pro tunicellis mittatur. Habent registrum emendorum. Ven. Patres Visitatores scripserunt, V. P^tem Vestram daleros centum daturam pro V. P. Christiano. Ex iste pecunia subveniat rogo: quia vere exhaustus sum communibus exactionibus et privatis. Ab Illmo Duce vana spe lactor quotannis, ex proventibus modo parum colligitur. Si communis motus Nobilitatis futurus qui jam inchoatus, quo me vertam, ignoro. Utinam aliquando laborari aut dissolvi daretur. Berezae 27 sept. 1665. F. Casparus.

1666. — Annus 19us Fundationis. —

« A^o 1666, Exstat Decretum Indulgentiarum pro Cartusiâ S. Crucis Berezensi Alexandri Papae VII pro erigenda confraternitate S. Crucis. Cum autem haec devotio sit contra mentem Ordinis eam Ven. Patres Visitatores non approbarunt.

Die 6 junii Ecclesiam nostram consecravit Ill^mus ac R^mus DD. Alexander Sapieha, Episcopus Vilnensis. Eodem die dicti anni, celebratae sunt in Ecclesiâ nostra exequiae Ill^morum ac

Excellentissimorum DD. Casimiri Leonis Sapieha Pro-cancellarii M. D. L. piissimi Fundatoris nostri, et Pauli Com. Sapieha, Supremi Ducis exercituum M. D. L. positis in uno Cataphalco erecto eorum sarcophagis, et tali quidem pompa: ut eidem quidem vix unquam similis futura. Sumptus his exequiis peragendis necessarios fudit Illma DD. Anna Palatina Vilnensis, vidua Supremi Ducis, tam ex propriis ditionibus, quam ab Illmo Fundatore nostro hæreditariis bonis locupletissime cumulata. Exequiis solemniter peractis, corpus Illmi DD. Casimiri Leonis Sapieha piissimi Fundatoris nostri (cujus memoria sit in benedictione et pace opulenta) collocatum est intra murum, eundo ad majus Altare in parte dextra, versus armarium sacristiæ, in quo nunc reponuntur calices et albæ Ven. Petrum, sequenti Epitaphio notatum. (quod vide ad an. 1656)

Illmi autem DD. Pauli Sapieha, Palatini Vilnensis etc. corpus positum est in muro, eundo ad majus Altare, in sinistra parte, penes lectorium S. Evangelii, simili insignitum epitaphio:

Epitaphium Illustmi primi Protectoris Berezani.

D. O. M. —

Paulus Joannes Sapieha, Comes in Bychow et Czereia, Palatinus Vilnensis, Exercituum M. D. L. Dux supremus, Retor, Levonus, Stonimensis, Borcian, Rostav, Zdzit, Olkin Præfectus Reg. Kobrin œconomiæ Administrator, Triumphatore Moscavitico Joanne Petro Sapieha, et Sophia Waierowna, catholicis parentibus natus, victoriis vitam peregit, Ad Smolenscum et Bialam Vladislai IV testimonio, fortissimi Equitum Cataphractorum Præfecti palmam tulit: ad Beresteczko Joannis Casimiri auspicia secutus signa Equestrium turmarum, ipsis Tauricani Principis stationibus intulit. Bello suetico sub Interregnum Brestensi Provinciæ tutandæ; ab ordinibus M. D. L. lectus, regimen militiæ M. D. L. suscepit, memorabili ad Brestam prælio, Urussovium Ducem cum instructissimo 28000 bellatorum exercitu incumbentem, exigua manu profligavit. Carolum Gustavum Suecie Regem aliquot conflictibus debilitavit. Lykocinum in Podlachia aperta vi expugnavit, Suecis ad internecionem excisis, Lublinum vindicavit. Ragotzium Transylvanum prope Zawichostium, suppetiis et parte lectissima exercitus Zaporoviani instructum, concidit et in fugam vertit. Chovanscium M. Ducis Moschoviæ Generalem 30000 Armatorum habentem ad Potonkam delevit, et arcem ditionis suæ Lachovicensem (postquam obsidionem quatuor mensium mature a se provisam, industria et fide Stanislai Mich. Judycki, Vexilliferi Rzeczic, sustinuisset)

liberavit obsidione. Brestiam, Mohilovium, Szklovium et Bychovium fraudeque eorundem Moschis proditam recuperavit. Dothărunkium cum ingenti exercitu et apparatu Moschovitico Albae-Russiae imminentem, ad Basicia flaviam memorabili clade profligatum, ultra Borysthenem c.i. statuit. Expeditioni Regis Joannis Casimiri ad Vilnam, ad Varsaviam gloriose interfuit, rerum fortiter ac feliciter peractarum ductor. Ita annos 11 transgressus et nulla occasione virtuti et fortunae suae dissimilis, difficillimis patriae aut proditae, aut desertae temporibus, militum primo et civium, deinde Regia sententia supremus hetmanum Dux renuntiatus, caput periculis, fortunas patrimonii necessitatibus Reipublicae exhaustae addixit. Domi invidorum artibus et malitia petitus, ut cuncta pietate in Patriam donaret dum fragilitati eorum indulgeret, seipsum vicit. Heros magnanimus, sapientiae integritatis vere heros. Denique cum tuendae publicae rei et legibus summae esset necessarius, magno bonorum civium sensu immortalia solvit Rozanae, die 30 Dec. Ao 1665, aetatis suae 58.o anno. Quam vertae ruinae patriae!"

— "Persoluto solemni dedicationis gaudio, V.P. Prior Casparus Cochelius, die 6 sept. mortales delicias commutavit, Deo ita volente, in sempiternas. Antecessoris que sui occasum secutus, sepultus est tumbâ inclusus in medio utriusque chori conventualis,"

Addenda.

"Hedh. Casp.: 4 Ol. Illmus DD. Paulus Joannes Sapieha comes Gerasiensis et Bychoviensis, Palatinus Vilnensis, hetmanum M. et L. supremus Dux, Protector et benefactor Cartusiae Berezensis, habens tricen. sing. per tot. oct. et anniv. fusp. suis. in cath. Dom., cuius die obitus sui qui fuit 30 dec. — Prov.e Rheni: Priori de Berezensis in Lith. nostri temporis: et de Matthiam Carpi in Vicarium et de Joannem Feigens in sacristam a P. Visitatore institutos confirmamus."

23 jan. 1666. "Ex litteris R.P. Generalis ad Priorem Dantisci: "... si darentur mihi 30 domus cum praediis et proventibus, eraslini a die possidendis in vestra patria, certum non acceptarem, non probarem. Quas tamen inveni acceptatas et probatas, tenere, tueri, servare et completa volo..... Cartusiae 23 januarii 1666. P. Joannes Prior Cartusiae.

..... scribo seae Majestati Reginae Poloniae in favorem domorum Polonicarum, si quidpiam illa posset solatii vestris oppressionibus concedere, si propior vobis esset civitas, in qua nunc moratur Majestas, maderem, ut exhibeatis in vestra praesentia hanc epistolam, ...

Cart.e 3 aprilis 1666. P. Joan. Prior Cartusiae.

..... Domos duas illas Berezae et Gilae, in quibus protestis, jus vetae, non eleemosynae

De pacco sanctior et gratior Deo est, quam de abundanti et superfluo .... Cart.ª portid.ª Brunsbergæ 1666

25 jan. 1666. In litteris P. Joannis Feigens Sacristæ Berezensis ad Priorem Dantiscæ: „.... Denuntio superioribus mortem Ill.mi Protectoris nostri 30 dec. defuncti; qui in proprio testamenti mei mandavit, ut cartas censibus exsolvant sua 30000 flor. cum censu annuo; et adjecit 10000 flor. in gratiam V.P. Priors Gasparis, propter obsequia medicinalia ipsi Ill.mo exhibita et .... De cætero nihil nobis legavit, sed Patribus Dominicanis Borae dedit pro fundatione 12 personarum in finibus Lithuaniæ, inter Schismaticos: et PP. Bernardinis, seu Franciscanis in urbe Brestensi legavit 60000 flor. pro ædificanda Ecclesia, in qua sepeliri vult in habitu Dominicanorum; sed hoc mutatur ab Ill.ma D.na, et filiis et hæcæ testibus testamenti, volentibus: ut in martio dedicetur primo nostrum templum, dein cineres sepultura Ill.mi D. Fundatoris nostri, et tertio die sepultura Ill.mi jam dicti D. Protectoris. Hæc hæc solemnia immensum, Ecclesiasticorum, Religiosorum, et nobilium utriusque sexûs numerum, concrevabunt. Omnia cedant ad Dei et S. ordinis nostri honorem .... Berezæ 25 jan. 1666.

..... Hoc unicum mihi opto: ut rem quod V.P.V. in Paradiso B.V.M.æ Omnes res collatæ impletæ, ideo novitii non possunt suscipi: me recedente unus novitius in locum meum succedere potest: si nulla ut difficultas de mea revocatione, tantum V. P.tas V.ra mihi obedientiam transmittere dignetur .... Berezæ 20 mart. 1666. F. Joan. Feigens hosp.

10 apr. 1666. In litteris P. Joannis Feigens ad conterraneum: „.... Sarsino ad dilectam patriam nostram, quæ aurea regio est comparatione hujus terræ. Sepulturæ nostrorum Ill.morum PP. Casimiri Leonis Fundatoris nostri et Pauli Joannis Sapiehæ Protectoris nostri, Palatini Polocensis et Supremi Campi-Ducis, simul celebrabuntur 6 maii sumptuosissime et promptissime: et Dominica in Albis magnifica Ecclesia nostra consecrabitur. In reliquo quod attinet ædificia conventus nostri. 6 cellæ cum uno latere ambitus ad septentrionem a V.P. Joanne Hagen Priore pie memoriæ ædificatæ sunt, qui positis templi fundamentis mortuus est: cujus constructioni et perfectioni impresens usque tempus V.P. Caspar Prior intendit cum magnis sumptibus.

Berezæ 10 aprilis 1666. F. J. Feigens.

30 oct. 1666. In litteris V.P. Visitatoris ad Priorem Dantiscæ: „.... Hoc anno taxatæ sunt ambæ vestræ domus Dantiscæ et Berezæ pro 50 Imperial. Ideo P. Procuratori Berezensis, domum suam hac anno debere solvere 20 et sic vestra domus 20 loco 30 Imperial.

Altero anno si vixerimus, etiam videbimus .... Dulmaniae 30 oct. 1666 -

F. Barthol. Geubel Prior Rutilae visitator -

4 Dec. 1666. - Instituitur novus Rector domus Berezensis.

" Fr. Joannes Prior Cartusiae ac totius Ordinis Cartus. minister Generalis venerabilibus Vicario et Religiosis Conventualibus Cartusiae S. Crucis prope Berezan in Lithuania, salutem in Dno.

Translato ex hominibus ad caelestem patriam V.P.D. Casparo Cochelio, nuper Priore vestro, post diuturnos gravesque labores pro domo vestra difficillimis temporibus constanter susceptos; cum sufficiendi ei novi Prioris cura nobis incumbat, tanto celerius id nobis faciendum esse intelligimus, quanto majori locorum intervallo ab invicem abjunctis, litterae ultro citroque commorantes tardius afferuntur, et interim plura facile possint evenire, quae orbatam Pastore domum concutiant, ejusque disciplinam labefactent. Ut igitur malo huic occurramus, dum de futuro Priore cunctantius maturiusque dispicimus, interim Rectorem vobis praeficere est animus, qui et domum pro virili tueatur, et vos in officio amanter contineat. Atque huic obeundo muneri neminem pro tempore aptiorem reperimus, quam V.P.D. Josephum Bogdanowicz, ejusdem domus vestrae Procuratorem, hujusce vero nostrae professum. Nam cum is religiose admodum inter nos conversatus disciplinae et eremi nostrae duritiem et angustias ita pertulerit, ut aliis ad easdem tolerandas non mediocri fuerit incitamento, idemque postea instante et adnitente praedicto piae memoriae Priore vestro, ad vos transmissus, res vestras domesticas strenue naviterque procuraverit, aliisque non vulgaribus adjumentis ad rem bene gerendam sit instructus, non dubitamus id vobis domuique vestrae, cum Dei ope, feliciter cessurum. Itaque praesenti serie et authoritate, qua super annum fungimur Capituli nostri gen., praefatum V.P.D. Josephum Bogdanowicz in Rectorem vobis, domuique vestrae designamus atque praeficimus in nomine Patris, et Filii et Spiritus Sti Amen. Mandantes vobis atque praecipientes, ut ei tanquam vero et legitimo animarum vestrarum Pastori obediatis obtemperetisque, et eum in amantissimi Patris loco habentes, tanquam filii carissimi amore et observantia prosequamini. Ipsum vero paterne adhortamur, et quam apud nos expectationem sustinet, eam solidè impleat, ut qualem se nobis dum nobiscum degeret, in omni pietate atque virtute demonstravit, talem se modo vobis exhibeat, et impositum sibi onus istud alacriter subeat, constanter ferat et perferat, domus jura fundosque inter tot occurrentia quotidie mala forti et excelso animo defendat, sed praecipuè paternè vos amanterque complectatur, foveat, in pace atque disciplina

contineat, vobisque non minori ad omne opus bonum sit adjumento, quam domui atque adeo Ordini ornamento. Dat. Cartusiae sub chirographo ac sigillo nostro, die 4 Dec. 1666.

F. Joannes Prior Cartusiae — F. Joannes Chauvet, Scrib. a R.do P. et Capituli gen.

1667. — Annus 20us Fundationis. —

« A.o 1667 Orbatae neo-consecratae Sponsae per mortis articulum Sponso suo, providit Dominus de alio instituendo, nempe D. Josepho Bogdanowicz, professo Cartusiae majoris, Procuratore hujus domus: qui sedulo procuratoris officio 7 annis et aliquot mensibus administrato, in Rectorem hujus domus a R.do Patre Generali est institutus (4 dec. 1666 ut supra). Se brevi post institutionem, de absolutione litteris postulatoriis R. P. Generalem sollicitabat: cujus etiam postulatio ad effectum perducta est anno sequente. Eadem charta Capituli, in quâ Neo-Rector confirmatus est, procuratoris officium pro istâ domo, D. Joanni Amphar, professo d. Rutilae fuit commendatum. »

Addenda.

Ex ch. Cap.: ol. D. Casparus Cochelius prof. d. Dantisci, Prior d. Berezae, habens miss. de B. M. p. tot. ord. ..... Dno Josepho Bogdanowicz in Rectorem d. Berezensis in Lith. super annum a R.do Patre instituto non fit mia. Et D. Joannes Amphar, prof. d. Rutilae a visitatore in procuratorem dictae d. institutum confirmamus. »

12 aprilis. — Ex litteris D. Prioris Coloniensis ad D. Priorem Dantisci: « ..... D. procurator Berezanus 19 februarii a nobis recessit, triduo venit Amstelrodanum, post biduum deinceps Hamburgum tendens navigio, tanquam occasione magis secura, sensit pericula. Nam inuente gelu et nivibus, glacies navim sibi copulatam ultra 5 hebdomadas detinuit, ac progressum eorum impedivit, donec remitteret frigus et solveretur glacies. Pero cum cum socio nunc prope diem se posse sistere et vobis et domui sibi designatae per vestram providentiam. Cum R. P. Generalis V. P. Josephum Bogdanowicz instituerit Rectorem, hunc P. Joannem Amphar in locum ipsius instituit procuratorem. Sumptus itineris quorum facit V. P.tas vestra mentionem, nemo dubitat, ad domum Berezanam spectare, nisi V. P.tas vestra illi facere vellet gratiam et solvere pro ea. Sicut fortasse hactenus domus Dantiscana pro Berezana facit, quia de vestro deposito ante haec soluta est taxa. Sed si P.tas vestra nolit domui isti

Non are expositas pro illa nummos, non tenebitur; cum posit Berezana (quae ample persuadata est) ex propriis meditis satisfacere..... Cras Deo volente, debebo solvere Mercatori rursum mos nummos, quos P. Procurator Berezanus accepit Hamburgi, 82 Imperiales...

Colonia 12 aprilis 1667. — P. Georgius Prior. —

30 maii 1667. — Litterae P. Procuratoris Berezensis ad Priorem Dantisci:

..... Deo omni Deo sint grates, ad S. Crucem Berezensem ipsa die Ascensionis; ubi splendidum illud ac magnificum templum satis demirari non queo, non enim simile in ulla domo ordinis me vidisse memini. Pisces quotidie a piscatoribus allati consumuntur, sicque nulla talium prorsus remanet, so primdt nober gnaminighif Iesuiter zu Wyschau und Pyslnic

Totus est cerevisia cum mulso, utamque potabilis ob ffan ist interdum nu ihnen rectgnadnen verumtamen nolens, volens, patientia.. Berezae 30 maii 1667. P. Ioan. Baptista provis.

17 julii Ex litteris V.P. Convisitatoris ad Priorem Dantisci: "..... taxa capituli hoc anno eadem erit quae fuit ante annum, vestia silicet 30 imperiales, Berezensis quoque 20 Imperiales, more solito..... Moguntiae 17 julii 1667. P. I. Frey Prior.

12 nov. 1667. Ex litteris P. Rectoris Berezensis ad Priorem Dantisci: "... Memor obligationis meae, pro taxa capituli gen. e domo nostra mitto florenos 60, Status domus nostrae Dei gratia, pro nunc est utcumque, gaudemus de pace publicata. Portulantes habeo aliquos, sed non audeo recipere absque licentia R.mi Patris specialis.. Berezae 12 nov. 1667. P. Ios. R.

1668. — Annus 21us Fundationis.

"A.o 1668 Inceptum anno praeterito humilem petitionem, pro absolutione a Rectoratu meo, P. Josephus Bogdanowicz, ad capitulum gen. litteras dirigendo continuavit, et operatum sortitus est effectum; ab officio Rectoris per ch. capitulo ad instantiam suam magnam absolvitur, et in illius locum subrogatur P. Ioan. Lubieniecki, prof. Dantisci, Prior Dr. Gidlensis. Per eandem ch. P. Joannes Feigens, prof. Dantisci sacrista huius domus transfertur ad domum Dantiscanam.

Addenda.

Ex ch. Capp.: "Prior P. Iwiensis non fit missa: at P. Dominicus Donatus est ad domum Berezae in Lith. Prior P. Wolkowiscensis non fit missa: et P. Petrus Romeskirchen sacrista est ad domum Berezae in Lith. et ibi exercebit eundem officium sacristae. — Prior P. Gidlae (P. Ioannes Lubieniecki) albi necessario fit missa.

Rector D. Berezensis in Lith. ad suam instantiam magnam fit mia : et instituimus in Priorem dicto D. D. Joannem Lubietowski propterea a Priorata D. Gidlensis absolutum : et Rector absolutus exerceat officium Coadjutoris. Et D. Joannes Feigens sacrista cat ad domum D. antisci

¶ Hoc item anno primus novitius Nicolaus Krzywobtocki Lituanus Sielcensis. ad habitum ordinis in dicta domo receptus est. -

Restant que in conventu universim personae decem anno praesenti, nempe:

A. V. D. Joannes Lubietowski, prof. D. ant. Prior	V. P. Christianus Deutz prof. D. Dantisci
V. P. Matthias Caspe, prof. D. Rutilae, Vicarius	V. P. Joannes Brions, prof. D. Dantisci
V. P. Joan. Amplar, prof. D. Rutilae, procurator	D. Nicolaus Krzywobtocki, novitius
V. P. Josephus Bogdanowicz, prof. cartus., coadjutor	Fr. Dominicus, donatus D. Hevicensis
V. P. D. Petrus Romerskirchen, pr. D. Molshemii, sacrista	Fr. Matthias donatus. -

7 aprilis 1668. - In litteris D. Rectoris Berezani ad Priorem Dantisci: « ..... miseria mea ! quis me liberabit de corpore mortis hujus quotidiana ? Confici moerore. P. sacrista et P. Procurator jam sunt totaliter in promptu in Germaniam redeundi, tantum unicum vel minimum praestolantur assensum, ultimas placationes submittantur in locum ipsorum ; aut ego ab officio removear... Berezae 7 aprilis 1668. P. Josephus Bogdanowicz C.B. Rector.

23 maii 1668. - In litteris R.P. Generalis ad Priorem Dantisci: « ..... absolvimus Rectorem Berezae, et primus cum qui erat Prior Gidlae. Berezae superiorem. Legetis in charta. Perata vos anno futuro pro ascensu et prospectione vestra ad nos cum dicto Priore Berezae ; nam plurima habeo illi dicere, et scire quae circa istum Rev.mae angulum in Polonia fiunt et agunter.

Cartusiae 23 maii 1668. - Fr. Joannes, Prior Cartusiae.

9 oct. 1668. - In litteris P. Prioris Coloniensis ad Priorem Dantisci: « ..... missionem illam non prudens instituerat, ab actu VV. PP. Visitatoribus ad domum vestram et Berezanam, tandem bene et feliciter expeditam, mihi persuadeo, etsi a Berezanis missionariis nondum licet P. Patre Molshemii professo et socio ipsius Donato Hevicensi nihil remuneratum sit ; Hoc anno domus Dantiscanae alit taxa 30 Imperiales, Berezanae 20 imperiales... Coloniae 9 oct. 1668. Egenius Prior.

20 oct. 1668. - In litteris R.P. Generalis ad Priorem Dantisci: « ..... Dixeris fili, sum, et ero pro domibus Polonicis, maxime pro plantationibus novellis, quae non ita emergunt, nec florent et operarii non solum pauci, sed et pigri, et sibi dediti, parum conformat ad Ordinis gloriam et decus. Orandus Deus pro mittendis operariis in vineam suam, nam messis quidem

multa. Rector Berezanus absolutus est egregius vir, sed quia magna erat invidia adversus eum, ne me suspicarentur velle eum sustentare per fas et nefas, malui absolvere; cum et revera ipse dictissime et ardentissime institerit. Videbimus, si conveniat illum eruere ab eorum manibus. Gratus sum pro vestra bona dispositione animi, illum locandi in domo vestra. Etiam si quando opus fuerit. – Cartusiae 20 oct. 1668. – F. Joannes, Prior Cartusiae.

29 Dec. 1668. – In litteris P. Prioris Berezensis ad Priorem Dantisci: «..... Petii mihi significari, dum animus sit P.te vestrae majorem accedere Cartusiam, si non posset, ut me viatico juvaret. Rogo obnixe ut mihi V. P.tas vestra suam scribat intentionem. Via ad Cartusiam hinc tutior et vicinior per Silesiam, Bohemiam, Helvetiam etc. ... P. Bodanowicz putat quod 6 septimanae Berezâ, in viâ consummentur eò eundo. – Berezae 29 Dec. 1668. F. Joan. Lubietowski Prior Berezae

1669. – Annus 22us Fundationis. –

«A.o 1669 die 25 oct. D. Nicolaus Brzywoltocki Lithuanus Sielecensis (Sielec oppidum est uno milliari Berezâ distans) expleto laudabiliter novitiatu, primus in domo Berezensi professionem sacram fecit.» – ex ch. cap. Priori d. Berezensis in Lith. non fit mia.

1670. – Annus 23us Fundationis. –

«A.o 1670 Resignata humiliter praesidentia Berezanâ, D. Josephus Bodanowicz rursus Gidlensem compellitur suscipere, jubente R.o P. Generali. Quod licet non postulatum, quia tamen Deo acceptum, humiliter executus est, et subito acceptâ obedientiâ, coadjutoris officio Berezae derelicto, ad assignatum scopum Gidlensis Rectoratûs properavit.»

Addenda. –

Ex ch. cap. Dispositionem D.s Gidlensis remittimus R.do Patri. – Priori d. Berezensis in Lith. non fit mia: et spatiamenta a VV. PP. in ultimâ visitatione designata confirmamus.»

1 martii 1670. In litteris V. P. Visitatoris ad Priorem Dantisci: «.... nescio quid anno praeterito tractaveritis in Capitulo gen., de translatione trium domorum Polonicarum ad Provinciam Austriae: res dilata est ad proxime instans Capitulum. Non possum non significare Vestrae P.te, quod R.dus P. in suis ultimis ad me sub dat. 15 nov. anni 1669 scribit in hoc verba:

= Pro Gidlensi domo dedi et concessi potestatem P. Priori Berezano, illuc mittendi D. Josephum nostrum pro Directore toto dictae domus, et puto illum jam meas super hoc recepisse. Haec vobis significo in secreto. Indagate autem si tales litterae sint receptae a P. Priore Berezano, et quomodo in effectum deductae. Quod si jam factum est, potestis et aliis referre quae supra scribo. = Rutilae 1 martii 1670 Fr. Barth. Geubel Prior et visitator.

19 julii 1670. Litterae P. Vicarii Berezani ad Priorem suum absentem: « A. V. in Xto P. a DD. Joanni Lubietowski, Priori d. Berezensis meritissimo, Patrique suo colendissimo. A. V. in Xto Pater. Litteras varias ex diversis locis in ascensu ad Capitulum A. V. Paternitatis et unas in descensu recte recepi; ex quibus prosperam valetudinem, nec non felicem reditum, licet multis exantlatis laboribus difficultatibusque (quod reditu facile) gaudens intellexi. Utinam et reliquum itineris ad nos usque feliciter conficiat. Quod V. Patrem Bodanowicz, receptis A. V. P. litteris, non statim expediverimus, causat absentia ejusdem Patris et reditus incertus in negotiis cum Illmo Protectore nostro gravissimis! prout fusius P. Procuratorem scripsisse nullatenus dubito. Itaque uno omnium consensu, ut A. V. Pater consideratis considerandis, si sine gravi incommodo domus Gidlensis possit, quantocius ad nos revertatur, rogamus obsecramusque: quia ejusdem praesentia in negotiis nostris (a quibus salus domus nostrae dependet) summopere est necessaria. Berezae 19 Julii 1670 P. Matthias Carp vicarius

✠ De iisdem rebus D. Joannes Bilstein Prior d. Dantisci in suo Diario haec annotata reliquit: « Ao 1670, die 18 sept. D. Martinus Haasen, prof. d. Dantisci, missus est Berezam. Berezae Priorem tunc agebat D. Joan. Lubietowski, prof. d. Dantisci, qui et hoc anno interfuit Capitulo gen. Hoc vero tempore vacabat Rectoratus seu Prioratus Gidlensis per medium annum circiter, factaque confusio ob litteras Rmi P. Generalis et Patrum Visitatorum, eo quod in illius litteris institutus esset Rector Gidlensis D. Josephus Bogdanowicz, hactenus coadjutor d. Berezensis, profus Cartusiae. Ven. Patres visitatores vero de hac institutione nihil scientes, P. Antonium Ziegler prof. et Expriorem d. Dantisci conditionate instituerant in idem Rectoris officium. Cessit tamen alteri D. Antonius, qui intermedio tempore 1 nov. ad domum Dantisci rediit, acquisitique rebus necessariis reversus est Gidlam die 27 ejusdem, indeque post modum jussu VV. PP. Visitatorum missus fuit Berezam. »

1671. — Annus 24us Fundationis. —

« A° 1671 In festo S. Georgii, 18 martii, D. Petrus Romerskirchen, prof. D. Molshemii, sacrista hujus domus, fuit lector refectorii. Post cenam, de infirmitate nonnihil conquestus, sequenti die mane inventus est mortuus. — 13 julii ex decreto Capituli gen. venerunt ad hanc Cartusiam adm. VV. PP. ac DD. Visitatores D. Joannes Frey Prior D. Moguntiæ convisitator prov^ae Rheni et D. Joan. Bilstein Prior D. Antisci in socium assumptus. Hujus visitationis charta (quod summopere dolendum est) periit. In qua visitatione a suo Priorata absolutus est D. Joan. Lubietowski. Qua vero de causa hoc acciderit (cum ch. ejusdem visitationis non reperiatur) nihil certe constat. Absolutus a suo officio, adhuc substitit in hac domo 8 hebdomadibus post quas missus est ad Cartusiam Mauriacensem pro vicario.

Absoluta in actu visitationis D. Joanne Lubietowski, mox ab adm. VV. PP. Visitatoribus subrogatus est Rector domus D. Joannes Amphoux, prof. D. Rutilæ, hunc procurator domus hujus, et post duos annos per chartam item Prior institutus fuit.

1 sept. D. Joannes Hoffman, prof. D. Antisci, ex mandato A.V.P. convisitatoris provinciæ Rheni, venit ad hanc domum, pro procuratore. »

D. Joan. Bilstein Prior D. Antisci dicit in memoriali : « A° 1669 die 6 octobre venit ad domum D. Antisci, missus a R^do P. pro inquisitione faciendâ. D. Joan. Lubietowski Prior D. Berezoæ, et 14 ejusdem abiit, habuitque litteras a conventu. — A° 1671 die 10 junii, discessi ex mandato V.P. Convisitatoris D. Joannis Frey, Prioris Moguntiæ, Gidlam, pro visitatione D^ni ejusdem et D^ni Berezanæ, et redimus ambo die 7 augusti. Et die 13 aug. incepit visitatio D^ni nostræ, quam perfecit ipse V.P. convisitator cum socio assumpto V.P. Josepho Bogdanowicz Rectore D^ni Gidlensis, et absoluta est visitatio die 25 ejusdem. Die 17 aug. missus fuit pro procuratore D^nûs Berezensis V.P. Joannes Hoffman, hactenus hic culinarius et prof. hujus D^ni. »

Addenda.

In ch. Cap. : « D. Josepho Bogdanowicz, prof^o Cartusiæ, a R^do P. super annum in Rectorem D^ni Gidlæ instituto, non fit mîa. — Priori D^ni Berezoæ non fit mîa ... Et visitentur domus D^ni Antisc. Gidlæ et Berezæ in descensu Capituli per P. Priorem Moguntiæ ejusque socio ex se assumendo. »

30 nov. 1671. — Litteræ P. Vicarii Berezensis ad D. Joannem Lubietowski, hospitem Brunæ : « A. V. in X^to P. ac DD. Joanni Lubietowski S. ac P^ti observantissimo colendissimoque. »

A. V. in X^to Pater. Ejusdem gratissimas per famulos nostros transmissas, ipso die Sanctorum Apostolorum Simonis et Judæ recte percepi, ex animoque gratulor V. P^tem vestram salvam et incolumem pervenisse ad locum sibi a Superioribus destinatum. D. Deus det eidem in suis tribulationibus religiosam patientiam, et postmodum vitam æternam. V. P^tem in domo Brunensi optime accommodatam, certe gaudens intellexi. Rogoque humillime, ne et mei indigni Vicarii sui juxta promissum non semel factum, obliviscatur, laboretque pro me, quantum potest, ut V. P^ti iterum conjungar. Scripsi Patri Bogdanowicz, omnia replicavi, et quantum potui, ipsi oboculos posui, quomodo ipse nos contra P^tem vestram incitare, sed frustra conatus sit: quia certi, teste Deo et conscientiâ, nihil mali P^tas vestra ~~mali~~ hic fecit, sed laudabiliter, religiose et quæ bonum decent Superiorem et amantissimum Patrem, inter nos conversatus est. Utinam nunquam a nobis revocatus fuisset. Ego istam mutationem huic domui parum profuturam, nullatenus dubito. F. Mathias post discessum V. P^tis perrexit cum cera Gedanum, et 8 septimanis ob pessimam viam remansit? emansit. Nihil novi attulit, nisi quod P. Bodanowicz adhuc aliquam notam (prout ex litteris P. Convisitatoris patuit, cum adjunctâ parva schedula, quam P^tas vestra V. Patri Busch p. def. scripsit) inurere conatus est. Deus ipsi ignoscat. Nos certe scriptis et dictis ipsius fidem nullam habebimus. Pro consolatione quam a Ven^do P. convisitatore Waldicen^ accepi, gratias Deo ago maximas, optoque ex animo ut V. P^tas vestra in confusionem suorum accusatorum et inimicorum, prout de Ordine optime merita est, iterum exaltetur.

Noster P. Rector secundo ante dies 6 perrexit Minscum in causa nota. Prima vice noster Protector nec Grodnoe, nec Minsci comparuit; ideo condemnatus ad duplicia Vadia, Deus finem bonum istius concedat litigii. Illma jam iterum mutavit mentem suam, nec juxta conventionem factam subditos extradidit, sed scribit separatam in quocumque Judicio super hoc respondere. Bone Jesu, quis finis negotiorum?

Heri scripsit D. Kopec, et gratias maximas pro participatione Ordinis, quam ipsi transmisimus, agit, doletque ex animo, quod res eo usque cum Protectore nostro devenerit. Interim tamen putat, nos clementius debere cum ipso agere.

Berezæ 30 nov. 1671 F. Mathias Carp. Vicarius.

Dispelli, et per eas aversi possit. Cæterum commonemus omnes, ut per patientiam et spem quæ reposita est nobis in cœlis, respondere satagant vocationi suæ, ut bene cœpta studeant perficere, et in viâ virtutum nequaquam lacessere, aut in exercitiis pietatis, monasticæ disciplinæ subsistere velint, potius vero ascensiones in corde suo disponere, ac de virtute in virtutem, et perfectiùs seu arctiùs vitæ amussim reformari in novitate spiritus, quatenus suavi tractu Divinæ dulcedinis in gaudio spirituali probatissimo degustent, quæ sit voluntas Dei bona, et beneplacens et perfecta, dignique efficiantur, quorum corda gratiâ Spiritus sui illustret et repleat que gaudio cœlesti. Spiritus enim istius disciplinæ, spiritus gratiæ et precum, odit fictam simulationem, et duplicia corda: sed inserit se iis benigne, præcenitque in benedictionibus dulcedinis eos, qui recto sunt corde, homines bonæ voluntatis qui quærunt eum in simplicitate cordis, qui per devotam exercitia se humiliter ad pietatem stimulant, vota, quæ distinxerunt labia sua, studeant integerrima conservare, amarum Salvatoris nostri Passionem devotis et timoratis precordiis meditari, ac secundùm virium suarum possibilitatem, ad vitæ usque profusionem imitari. Non enim coronabitur, nisi qui legitimè certaverit. Quæ ut pie consequantur, dicant singuli celebrantes unam de S. Cruce missam, non celebrantes Psalmos pœnitentiales cum litaniis, et unusquisque unam de manu Residentis recipiant disciplinam.

Status domûs talis est: Sunt in ea monachi 9, inclusus S. Priore, conversus unus, Donati 3, Donatus novitius unus. Qui quidem Ff laici domui sunt utiles et fideles, essentque utiliores, si proprio judicio non abundarent, suis superioribus non resisterent, et, ut decet filios Dei, se iisdem in omni humilitate et propriæ voluntatis abnegatione subjicerent: quos commonos in hac domini Cartusianæ plantationis vineâ faciendos justitiæ fructus plurimum adhortati sumus, quatenus in illa retributionis die, de immarcessibilis vitis germine satiari et refrigerari, plenamque laborum suorum mercedem percipere mereantur. Quo ut ab omnium bonorum fonte consequantur, injunximus illis sessionem unam ad terram in refectorio, unius Rosarii recitationem et recipiendam de manu Residentis disciplinam. ℣

1695. — Annus 48us Fundationis. —

« Aº 1695. Die 26 Julii ad hanc cartusiam venit D. Bruno Jacard, Prop^us et Vicarius D. Dantisci, secum ferens chartam, Capituli gen., quæ continebat sequentia: « Priori D^ni Berezoæ ad manum

magnam instantiam fit mia: et praeficimus in Priorem dictae D. D. Brunonem Gerend. prof. et vicarium D. Dantisci. Et Prior absolutus vadat ad domum Olomucensem suae professionis.

Die 23 oct. ad hanc cartusiam venit D. Nic. Kerpinski ab adm. V.P. Visitatore huc pro coadjutore submissus. — Die 8 dec. D. Josephus Kristeli, Olomucensis, sacram fecit professionem in ordine decimus. Extat etiam hoc de anno severa admonitio VV.PP. Visitatorum ad Priorem et Conventum de non accommodandâ saecularibus pecuniâ.

Ex Annal. D. Dantisci: « Die 12 julii hinc abivit D. Bruno Gerend. prof.us et Vicarius domus hujus Berezam, pro Prioratu per chartam sibi collato ibidem auspicando.

1696. — Annus 49us Fundationis. —

« Ao 1696 Die 20 martii D. Wenceslaus Janik, Prior absolutus, licet nondum recuperata sanitate, se commisit itineri, qui a sua absolutione incessanter decumbebat. Habuitque socium itineris D. Nicolaum Kerpinski, cui officium coadjutoris in domo Berezanâ non arridebat, siquidem vix 3 mensibus in eodem desudatis, V.P. Visitatorem pro obedientiâ sollicitavit et impetravit.

Die 11 aug. praesentata fuit charta Capituli gen., portante eamdem D. Joanne Foecher prof. et sacrista D. Dantisci, in quâ hic declaratus est Vicarius D. Berezae. —

Die 17 aug. D. Hugo Hosterdt, prof. et vicarius hujus D. discessit ad Cartusiam Gidlensem, ubi ulteriorem Superiorum resolutionem praestolabatur tribus annis. »

Addenda:

Ex Ch. Cap. Priori D. Dantisci non fit mia. Et D. Joannes Foecher sacrista eat ad domum Berezae et ibi exerceat officium vicarii. — Priori D. Berezae non fit mia.

Ex Annal. D. Dantisci: « Die 25 julii hinc abivit Berezam D. Joan. Foecher prof. et sacrista hujus D. pro vicario ibidem agendo.

15 sept. 1696. — Ex litteris R.P. Generalis ad Priorem Dantisci: « ... — V.P. Visitator non sic debuisset inconsultis vobis, vestros monachos assumere, et Berezam mittere: sed forsitan id fecit necessitate compulsus. Non debet autem vos poenitere, quod Domus vestra ei domui Priorem dederit: spero enim ex ejus regimine multa bona ei esse obventura. Multa jam fecit, quae spem istam in me merito concitant. — Cartae 15 sept. 1696. — Fr. Innocentius Prior Cartusiae.

9 nov. 1696. Ex litteris D. Hugonis Hostert hospitis Gidlae ad Priorem Dantisci: « ... 17 aug. discessi Berezâ

Berega

1672. — Annus 25us Fundationis. —

„ A° 1672 Dominicâ Passionis D. Petrus (postea dictus Florianus) Kossowski ex Podlachia, in hac domo accepit habitum S. Ordinis sub V. D. Joanne Amphar Rectore.

In fine mensis prædicti D. Antonius Ziegler, profus et alias Prior domus Dantisci emeritus, hospes hujus domus a nobis discessit ad domum suæ professionis. (Annales D. Dantisci dicunt: „ A° 1672 die 14 sept. rediit Berezâ V. P. Antonius Ziegler ad hanc cartusiam, et domum suæ professionis cum R. Mathiâ, qui frater rediit Berezan. vide ch. inferius)

Duabus circiter hebdomadibus post discessum D. Antonii Ziegler, D. Martinus Haasen, hospes in domo hâc, alias profus D. Dantisci, jubente obedientia, abiit Gidlas. (In septembri Berezâ debuit Abüsse, ait schwengel. vide ch.). — In festo S. Martini promissionem fecit p. Paulus Lanski donatus, item alter p. Andreas: cujus cognominis et nationis fuerit, non inveni. »

Addenda.

Ex ch. Cap.: obiit D. Petrus Romerskirchen, prof. D. Molshemii, sacrista D. Berezæ. — D. Josephum Bodanowicz, Rectorem D. Gidloe, præficimus in Priorem dictæ D., et D. Joannes Moltz (p. D. Dantisci) eat ad domum Berezæ. — D. Joannem Amphard, profum Rutilæ, a commissariis super annum in Rectorem D. Berezæ institutum, confirmamus: et D. Joannem Hoffman, prof. D. Dantisci, ab iisdem commissariis in procuratorem institutum, confirmamus: et D. Antonius Ziegler revertatur ad domum Dantisci suæ professionis. Et D. Martinus Hugo Haasen eat ad domum Gidloe. »

1672. Compositio inter Illmum Protectorem et Conventum Berezanum ratione debitorum.

Inter me Casimirum Joannem Sapieha, Comitem in Bychow, Palatinum Polocensem, Bozyseviensem, Wolpensem Capitaneum ex parte unâ, et inter me P. Joannem Amphar Cartusianum Rectorem Conventus Berezensis ex parte altera, facta est bona cum deliberatione Illmorum magnificorum DD. Amicorum nostrorum, unanimis hujusmodi compositio: quod nimirum ego Palatinus Polocensis, cum Ven. Patribus Cartusianis conventûs Berezensis, possessiones meas hæreditarias, dictas Lepuny et Poniemonie Districtui Grodnensi adjacentes, in summâ 39000 florenorum Polonicalium jure redemptionali oppignaverim, iterumque a nominatis Ven. Patribus Cartusianis per modum arendæ, in meam

fidem receperim, spondens me Ven. Patribus Cartusianis daturum 2700 flor. census quolibet anno in festo S. Joannis Baptistae juxta novum calendarium. Verum ego Palatinus Polocensis, cum nec ipsam summam generalem 39000 florenorum, nec eam arendariam quam pollicitus sum, reddiderim, tandem eo ventum est, ut Ven. Patres Cartusiani jure causam suam prosequerentur, obtentisque contra me Palatinum Polocensem decretis in Tribunali praeterito Minscensi, horum vigore citarunt me Vilnam ad Tribunal hujus anni, incusantes meam contradictionem. Ego igitur Palatinus Polocensis nolens mea, venerabiliumque Patrum Cartusianorum majora, ulterioraque damna et expensas, polliceor me in praesentia Illmorum Magnificorumque DD. Amicorum nostrorum Ven. Patribus Cartusianis conventus Berezensis, pro ipsa summa generali, proque summa promissa per modum arendae, quam aliquot annis non solvi, et pro omnibus expensis soluturum 50000 florenorum Polonicalium, quam summam teneor reddere Ven. Patribus Cartusianis in integro, moneta probata, nullam in se falsificationem habente, anno, Deo dante, futuro 1673 in festo S. Martini juxta novum calendarium, in loco certo, scilicet in aula Rosanensi, in Districtu Stonimensi existenti. Modo vero ut praefatam summam Ven. Patres Cartusiani patientius exspectent, dedi 2730 flor. Polonic. Cum autem ego Palatinus Ven. Patribus Cartusianis in festo S. Martini futuro anno 1673 summam 50000 flor. in integro reddidero, Ven. Patres Cartusiani debebunt mihi restituere jus oppignoratorium pro 39000 flor. quod habuerunt in possessiones meas Lepuny et Poniemonie nominatas, Relationes item, Inventaria, Intromissiones, Processus, Decreta totumque Processum juridicum ad manus meas vel ad manus famulorum meorum e parte mea missorum, et ipsum jus cum omnimodo quietatione, eamque in judiciis Grodnensibus, vel terrestribus Brestae, post redditam hanc summam statim in crastino, post tertiam Indictionem Judiciorum Ven. Patres Cartusiani debebunt praesentare et agnoscere. Si vero ego Palatinus Polocensis hanc summam in praefato termino Ven. Patribus Cartusianis non reddidero; omnia jura et decreta contra me obtenta, (quae ego hisce meis litteris confirmo) in suo robore manebunt. Licitum quoque erit Ven. Patribus Cartusianis coepto jam jure causam meam prosequi, et ad exitum perducere. Ego autem nec per me ipsum, nec per alium aliquem, juxta Decretum contra me in Tribunali Minscensi latum, ullo modo impedire audebo in possessione horum meorum bonorum Lepuny et Poniemonie, Ven. Patres Cartusianos. Sed etsi vellem impedire, nihilominus concedo plane his

meis litteris Ven. Patribus Cartusianis, ut sine ullo metu prohibitionis ex parte mea factae, tanquam ad propria sua bona veniant, intrent eaque possideant. Et mihi in usu et possessione horum bonorum meorum, nec per me nec per alium aliquem Ven. Patribus Cartusianis ullo modo impedimento esse licebit eo usque quousque integre reddidero 50000 florenorum.

Quae omnia supradicta ex utraque parte adimplere tenemur, sub vadio summae praefatae. De quibus omnibus si in aliquo puncto non fuerit satisfactum, in Judiciis tribunalitiis ubivis locorum et tempore, vel in Judiciis terrestribus Grodnensibus, ubicumque celeriorem fuerint nacti justitiam Ven. Patres Cartusiani, forum suscipio, et sepositis omnibus exceptionibus, respondere paratus. Ego vero P. Joannes Amphar Rector Cartusiae Conventus Berezensis et successores mei, ante praefixum terminum S. Martini anni 1673, ad executionem hanc causam nostram deducere non valebimus. In hunc ergo finem ego Palatinus Polocensis dedi has meas litteras spontaneas cum subscriptione manus propriae et appositione sigilli, similiter et cum subscriptione manuum Illmorum magnificorumque D.D. Amicorum, a me oblatenus requisitorum. Dat. Vilnae A° 1672. die....

20 oct. 1672. Illmus Protector donat Ecclesiae Berezensi 7 Porticus ex marmore

(la pièce qui a six lignes est en allemand ou en Polonais. voir App. ad P. III schr. p. 49-67 de la copie)

Cartusiae Berezae A° 1672 20 oct. Casimirus Sapieha Palatinus Polocensis mpp.

Relatio lapicidae de iisdem. – (voir au même endroit que plus haut)

3 oct. 1672. Litterae P. Christiani, hospitis Berezensis ad D. Joan. Lubietowski vicarium Maurbaci,

Ven. in X^to P. Ex quo intellexi V. P^tem Vestram Maurbaci in vicarium institutum, manum alterius a scribendo cohibere non potui, quin V. P^te vestrae de hac nova dignitate adepta, ex intimo corde gratularer, et quia D. Deus humilitatem et patientiam V. P^tis Vestrae respexit. Spero illam ad majores adhuc dignitates promovendam, in majorem confusionem adversariorum; qui hic ita dupliciter agentes, omnimodam confusionem V. P. V. quaesiverunt. Quod ad Poloniam nostram attinet; post Camenecum proditione captum, moverunt se Turcae versus Leopolim, sed quia cives sese 80000 flor. redemerunt obsidibus datis, sic jam in Moldaviam recesserunt, a nostris tamen aliquot millibus Tartarorum deletis. Ob hoc tamen non adeo securi hic subsistimus, semper timentes incursionem Tartarorum. V. P. Antonius rediit Gedanum, et P. Martinus Gidlam, cujus locum P. Joan. Moltz occupavit.

Berezae 3, oct. 1672. P. Christianus Deutz cart.

4 nov. 1672. Ex litteris P. Vicarii Berezensis ad Joan. Lubietowski vic. Maurbaci —

..... nos paupertatem nostram jam 6 septimanis cistis inclusam tenemus, quatenus ingravescentibus malis periculisque nos ad loca tutiora transferamus, sed ubi invenientur? Deus misereatur nostri.... Berezae 4 nov. 1672. P. Mathias Carp vicarius.

1673. — Annus 2us Fundationis. —

" A° 1673 die 3 februarii obiit pater Paulus Lanski donatus, qui a promissione facta, vix quadrantem anni supervivens, in brevi explevit tempora multa. — Die 3 maii in solemnitate S. Crucis solemnem professionem fecit D. Florianus Kossowski Subsilvanus. — Die 6 aug. sepultus est in nostra Ecclesia magnificus D. Samuel Casimirus Niemcewicz Dapifer Wilkomiriensis, Benefactor noster, qui legavit nobis pagum cum praedio Lewozki (vide ad an. 1665) dicto, hac tamen conditione ut omni hebdomada pro eodem sacrificium missae unum persolvatur. Sepultus est sub sacello S. Casimiri, cum tali epitaphio:

Epitaphium M. D. Samuelis Niemcewicz. D. O. M.

Quod cum lector eris, quid eris, quaeris? morieris

Nolis, sive velis, putre cadaver eris.

S. N. S. W.

Ecce Samuel Casimirus Niemcewicz Dapifer Wilkomiriensis in hoc angulo cum perenni hebdomadario sacrificio votivo sisto: tu qui pertransis memento obsecro mei,

Exaravi A° Salutis 1673, die 6 augusti.

Addenda.

Ex ch. cap.: « ob. Fr. Paulus Lanski novitius donatus D. Berezoe. — D. Joannem Amphar Rectorem D. Berezoe praeficimus in Priorem dictoe domus. »

2 febr. 1673. — Ex litteris P. Vicarii Berezensis ad D. Joan. Lubietowski vic. Maurbaci. —

..... quod in multis erratum sit, judicio V.P.V. cum Protectore nostro facile credimus. D. Deus omnia convertat in bonum. Principalis promotor istius causae fuit Ill^mus D. Kopec; qui et in se debitum nostrum certis conditionibus suscipere voluit, utrum facturus sit, ignoro. Voluit enim bona quaedam prope Berezam dare tali pacto: et spatio trium annorum totam summam solvat. Quod si non solverit, sint bona absolute nostra. S. V. P^ti vestrae videtur hoc consultum, rogo, significet nobis. Nos enim malum habemus debitorem, et non immerito stantibus sic rebus, timemus, contractum istum suum effectum non sortiturum. — Berezae 2 februarii 1673. F. Mathias Casp. vicarius.

5 nov. 1673. Ex litteris D. Prioris Berezensis ad Priorem Dantisci: « ..... Rogo cum apud R. P. Generalem et V.P. visitatorem institerim, ut Illmo D. Castellano Trocensi, D. Carolo Kopec, optimo domus nostrae patrono, germano vero Ill^mae, anniv. perpetuum per tot. ord., insuper inter nostram domum et illius fundationem RR. PP. Benedictinorum Confoederatio concedatur, mox idipsum in effectum, maxime cum jam titulos transmiserim, deducatur. ...

Berezae 5 nov. 1673. Fr. Joannes Amphar Prior —

1674. — Annus 27us Fundationis. —

« A° 1674 die 3 junii accepit habitum S. Ordinis (forte promissionem fecit) fr. Samuel Strehorowicz. — ex ch. cap. obiit Illustris D. Samuel Niemcewicz Dapifer Wilkomiriensis, habens anniv. perp. scrib. in cat. dom. sub die obitus sui, qui fuit 6 aug. Priori D. Berezae nos filmia.

1675. — Annus 28us Fundationis. —

« Aº 1675 die 15 martii venerunt ex Cartusia Dantiscana duo ejusdem Ds professi, D. Petrus Beier et D. Leo Weingartner diaconus, ambo natione Germani, confluentiâ oriundi, quorum primus D. Petrus Beier in hac domo coadjutoris officium egit. — Die 16 aprilis, D. Joannes Hoffman procurator hujus Ds et D. Joannes Moltz sacrista, obedientiâ ita jubente, hinc discesserunt ad domum suae professionis Dantiscum. Dominica sequenti, Dno Hoffman in procuraturâ subrogatus est D. Mathias Carp, hactenus vicarius hujus domus, vir omni expectatione major. Et D. Christianus Deutz, prof. Ds Dantisci, hic hospes, institutus est vicarius.

In solemnitate Inventionis S. Crucis D. Leo Weingartner, profs Ds Dant. celebravit primitias. ex ch. cap. Prior Ds Berezae in Lithuania non fit mia. . .

Addenda. —

Ex Annalibus Ds Dant. — « Aº 1675 die 6 jan. ad suam instantiam absolutus fuit ab officio procuratoris D. Petrus Beier. — Die 26 febr. per obedientiam a P. Visitatore missam, hinc discesserunt Berezam D. Petrus Beier et D. Leo Weingartner, profi domus hujus. — Die 3 aprilis redierunt Berezâ huc ad domum professionis suae D. Joan. Hoffman et D. Joan. Moltz. Et die 5 maii, institutus est procurator Ds hujus D. Joannes Moltz.

1676. — Annus 29us Fundationis. —

« Aº 1676 die 6 febru. sepultus est in nostra Ecclesia Perillustris ac Praenobilis D. Claudius Bta Briot de Medière ad portam septentrionalem, ubi et insigne ipsius in argento elaboratum, locum sepulturae demonstrat. Effigies vero illius sequenti notatur Epitaphio:

Epitaphium Illustris D. Claudius Briot.

Hic jacet Claudius Baptista Briot de Medière

cui

Principium vitae Burgundia, finem Lithuania dedit.

Oculos, ubi per totam Europam circumtulit, Bludnae clausit, post tenebras visurus lucem, nulli mortalium usui possibilem, cujus viam ne soli adscriberet patriae, aliena in terra peregrinus reperit. Quod si forte minus deviatio assumpsit, tu chare lector, piis manibus bene precatus

defectum supple. obiit 10 januarii A.D. 1676. –

Die 22 julii D. Georgius Weinkiewicz, Samogita, fecit sacram professionem.

Die 11 sept. sepulta est in hac Ecclesia nostra consors Magnifici D. Kielczewski.

In ipsa solemnitate S.P.N. Bernardi accepit habitum S. Ordinis P. Joannes Bzowicki Donatus.

In Charta Cap.: Prior D. Berezae non fit mia. Vt D. Christianus, Decan. prof. Dantiscanus in vicarium, et D. Matthias, Casp. prof. S. Rutilae in procuratorem, super annum, a PP. Visitatoribus visitatos confirmamus. –»

1677. – Annus 30us Fundationis. –

«Ao 1677 obiit D. Joan. Liberat novitius hujus Domus, patria Hevicensis, et optimae spei adolescens, qui intra 6 menses novitiatum et monachatum absolvens, vocationis suae finem felicter est adeptus. – Hoc anno 3 Domus Polonicae, Dantiscana, Gidlensis et Berezana ex prov.a Rheni ad provinciam Alemanicae superioris, per ordinationem Capituli g.n. translatae sunt.

Die 21 oct. D. Antonius Rodler, Germanus Hevicensis, solemnem fecit professionem.

Hoc etiam anno Ven. Patres Berezani inierunt foedus spirituale cum RR. PP. Horodiszczensibus ordinis St.e Benedicti.

Ordinatio: Quia Domus Dantiscana, Gidlensis et Berezana a caeteris domibus provinciae Rheni sunt remotissimae, et multo viciniores domibus Alemanicae superioris, propterea decernimus et ordinamus, illas 3 domos esse de caetero unitas Provinciae Alem.ae sup.is, cujus etiam provinciae taxa pro capitulo augebitur pro rata competente praefatis domibus et similiter taxa provinciae Rheni minuetur pro rata praeditis domibus assignata.

Die 11 aug. obiit M. D. Emmanuel Eustachius Bzowski, insignis promotor cartusiae Berezanae a prima ejusdem plantatione.»

1678. – Annus 31us Fundationis. –

«Ao 1678, die 16 jan. D. Mathias Casp. hactenus procurator ac olim vicarius hujus Domus, accepta a V.P. Visitatore obedientia, discessit Gidlas, ad idem officium procuratoris ibidem exercendum: cui in eodem munere Berezae successit D. Petrus Becker prof. Dantiscanus.

Die 22 martii sepultus est in nostra Ecclesia Perillustris et magnificus D. Emmanuel Eustachius Brzostowski, promotor Cartusianorum in Lithuania, cui sequens inscriptum fuit Epitaphium:

Epitaphium M. D. Emmanuelis Brzostowski. –

D. O. M. –

Emmanuel Eustachius Brzostowski

Illustrium Parentum

Joannis de Brzostowo terrae Sanocensis, Catharinae de Czernice, terrae Ciechanoviensis

non degener filius.

Hic innocentiâ vitae, morum suavitate et singulari in Deum pietate, in egenos liberalitate, in peregrinos humanitate, in amicos sinceritate, in omnes amore et benevolentia, clarissimus, item sapientissimis per et cujus memoria nulli secunda. Vir prudentiae consummatae, consilii promptissimi, in arduis resolvendis felicissimus. Ideo Serenissimis Regibus desiderabilis et acceptissimus, Illmae autem Domui Sapiehanae charissimus, ejusdem immortalis famae cultor et promotor in posteritatem studiosissimus. Vixit annis 66 religiosissime, mortuus uti religiosus devotissime, fratri suo amantissimo Cypriano Paulo Brzostowski Referendario M. D. L. lacrymas copiosissimas omnibus profundissima ad Deum suspiria reliquit. obiit Szydlowiciis Ao 1677 die 11 augusti.

Die 23 martii sepulta est in nostra Ecclesiâ Magnifica Dnâ Constantia Grabinska; cujus officium duravit duobus diebus. »

Addenda:

Ex ch. Cap. : « Ob. D. Joannes Clisserat novitius d. Berezae. – Priori d. Gidlae non fit mia. Et D. Mathiam Carp. prof. d. Rutilae in procuratorem a P. Visitatore institutum, confirmamus. – Priori d. Berezae non fit mia

1679. – Annus 32us Fundationis. –

« Ao 1679 die 27 martii sepultus est in hac Ecclesia nostra Magnificus D. Grabinski, Vexillifer Brestensis: quae sepultura hac die est persoluta, officium autem pro anima ejus sequenti die.

Die 22 aug. V. P. Prior noster in necessitatibus domus Dantiscum profectus, denuo inde redux secum adduxit D. Brunonem Gerend. prof. d. Dantisci, cum 3 candidatis, scilicet R. D. Hugone Hosterd. sacerdote saeculari et DD. Theodoro Trom et Albano Eich studiosis emeritis.

Cum immanissimus Christiani nominis inimicus, Turca suas in Poloniam furias longe

lateque exerceret, cunctaque per bellum Ottomanicum incendiis et stragibus vastarentur, Summus Pontifex, bona quorumdam Religiosorum in Regno Poloniae (ut aiebant) minus proficuorum, specialiter Cartusianorum et Camaldulensium, pro conscribendis militibus, caeterisque ad defensionem necessariis, impendere statuit. Cujusrei cum Ill.ma Sapiehanorum familia aliique Proceres regni certiores redderentur, fundationum suarum confiscationem indigne ferentes, concessionem Summi Pontificis irritam reddere modis omnibus contendebant; prout ex litteris sequentibus patet:

Litterae Ill.mi Cancellarii M. D. L. ad Ill.mum Palatinum Polocensem

De periculo domus Berezanae. –

Ill.mo et magnifico DD. Casimiro Joanni Sapieha, Comiti in Bychow, Palatino Polocensi, Capitaneo Bozyroviensi, Wolpensi etc. — . Ill.me magnifice D. Palatine Polocensis etc. –

In Poloniâ jam mihi in Lithuaniam redeunti, cum accidit notitia de adventu M. D. Vestrae Grodnam pro principiis Comitiorum, ut enim primam occasionem per civitatem Vilnensem, Grodnam transeuntem non transmitto absque contestatione fraterni affectus erga M. D. vestram, ita voveo, ut inchoatio Comitiorum curis et laboribus Magnificarum Dominationum vestrarum expectationi totius Reipublicae optatum adferat effectum, Ipse quamvis mihi optarem, gremio MM. DD. vestrarum adesse et huic publico inservire negotio, sed dum me domestica distrahunt, ipsum legale impedimentum post binam Lubesciensem et quidem optatam (quae saluti necnon carbonae totaliter molestissimam se esse proebuit) residentiam, violenter negat hunc adire felicitatis scopum, cujus ut doleo, ita vobis solum prosequor, intimeque congratulor, ut hoc inchoatum opus cum bono Reipublicae fortunatum protrahat eventum. Non dubito, quin longo temporis intervallo, volans per ora populi fama pervenerit etiam ad aures M. D. vestrae de intentione Sanctissimi, qui quasi conventus ~~pro inutilibus~~ quosdam in Poloniâ et hic in Lithuania supprimere voluerit, praecipue illos conventus pro inutilibus reputans, qui non gerunt curam animarum, et bona ipsorum in subsidium belli Ottomanici pro exercitii conservare; inter quos conventus etiam numerantur PP. Camaldul. et Cartusien., quorum fundatio et protectio post decessum Ill.morum Fundatorum, Antecessorum M. D. vestrae, quia devolvitur ad curam M. D. Vestrae, hinc interest, ut unanimiter pro conservatione harum Religionum agamus, et non permittamus labi juribus nostris erectâ fundationum pia intentione institutarum monumenta destrui. Etenim si haec in herba moderata non fuerint, certum non solum hos conventus de quibus fama volat sed et alios annihilare intenderet Sanctissimus, bonaque illorum cum praejudicio Jurium Nobilitatis pro exercitu

conferre. Non dubito hanc notitiam tam omnibus catholicis, quam M. Dominationi vestrae futuram cordi, seque subventuram optimis piissimisque intentionibus Antecessorum suorum. Quapropter minime haereo, quin ad Seren.mum Regem petens instantiam, tam ad Sanctissimum, quam ad Cardinalem Protectorem, necnon ad Nuntium Apostolicum describere digneris, ut Sanctissimus pro subsidio belli Ottomanici efficacioribus succurrat mediis exercitui nostro, non vero nostris bonis, quae post annihilationem Conventuum ad nos redire debent. Puto hunc nuntium non fore animo M. D. Vestrae, ut intentiones piae Fundatorum mutarentur et suffragia animarum, quae usque ad diem Judicii currere debent, nunc finem reciperent, et bona sint venalia. Ex Monte-Pacis, die 20 sept. 1679.

M. D. Vestrae intimus frater et servus benevolus, Christophorus Pac, Cancellarius M. D. L.

§ Similiter in hac materia Ill.mus Cancellarius expedivit litteras ad Seren.mum Regem Poloniae, a quo meruit hujusmodi responsum:

1 oct. 1679. — Rescriptum Regium ad Ill.mum Cancellarium M. D. L. in eadem materia.

Magnifice et nobis dilectissime. Penes fidele vestrum responsum ad litteras nostras per modum deliberatorium datas, percepimus litteras particulares, in quibus nobis vestram fidelitatem communicatis exinde promanantem: quam Sanctissimus pro subsidio belli Ottomanici quosdam Religiosos in regno nostro supprimere decrevisset. Juxta haec M. D. Vestrae foret turbatio, si certo inniteretur fundamento, sed nobis nec a Cardinalibus nec ab Agentibus causas nostras Romae, neque ab Apostolico Nuntio nobis a latere praesente, quidquam de hoc constat, et nihil aliud de hoc existimamus, quam inanem hanc esse famam. Sed et nunc maxime in sola miseratione divina spem collocamus publicae salutis; illam autem nonnisi per religiosa devotorum monachorum suffragia nobis confidimus conciliandam, cum omnium sperata perpendimus externorum Principum auxilio hoc coeleste experimur validissimum, quod coelo vim inferentes piae orationes Religiosorum nobis ex alto deducere possunt. Non dubitamus quia M. Dominationi vestrae constet: quod Viennâ tarda et plurimis conditionibus implicata, praemittatur colligatio, unus alterum expectans non procul perveniet. Sed et hoc nobis impraticabile videtur, ut tot annorum tantaeque pietatis devotorum fundatorum opus levi persuasione subverti et eradicari deberet. Magis et Antecessorum nostrorum Regum Poloniae, memoria occurrit pietatis, qui multiplicandae Dei Ecclesiae gratiâ, non in uno loco Religiosos hasce plantaverunt familias, considerando insuper modica, quae in regno nostro possident latifundia, quo modo tali possemus

favere annihilationi? Neque diffidimus de pietate et zelo, quicquamvis sub gelido septentrione in piis conservatur cordibus quia ultimis etiam pignoribus redimere eligerent praedictam sanctarum Religionum jacturam. Non contemnimus tamen M. D. vestrae curam. De veritate hujus ulterius investigabimus. Nunc optima coeli dona ipsi optamus.

Dat. in Jaworow 10 oct. 1679 Regni nostri 6. — Joannes Rex.

Ex his litteris manifeste apparet vanum de concessione sanctissimi fuisse rumorem. Rediit ad nos ex Cartusia Gidlensi D. Mathias Carp. pro procuratore. »

Addenda.

Ex ch. Cap.: « ob. D. Josephus Bogdanowicz, prof. Cartusiae, Prior D. Gidlae, alias Rector D. Berezae, habens miss. de B. M. per tot. ord. § obiit 27 oct. 1678. —

Ob. D. Joan. Lubietowski, prof. D. Dantisci, alias Prior dom. Gidlae et Berezae, habens miss. de B. M. per tot. ord. § ob. 23 julii 1678 in domo professionis suae. — Priori D. Berezae non fit mia. »

30 aprilis 1679. — Ex litteris P. Prioris Trevirensis ad Priorem D. Dantisci: ... V. P. Prior Berezanus petiit aliquos candidatos Ordinis, sic mitto ipsi tres praesentes adolescentes, bonae ut reor, spei. Quaeso R.a V.ra ut exhibeat illis charitatem hanc, ut possint securi pervenire ad destinatum locum; nam doleremus si illis in tam longinqua via contingeret aliquid adversi ... Dat. Treviris 30 apr. 1679

F. Gerardus Poyen, Prior.

Annales D.o Dantisci: « A.o 1679, 7 aug. missus est D. Bruno Gerend prof. D. Dantisci, Berezam in Lithuania cum 3 candidatis. — Hoc anno prima visitatio trium domorum Poloniae per VV. PP. Visitatores prov.ae Alem.ae superioris, D. Ludovicum Cyrian Priorem D. Gemmici visit. et D. Leopoldum Brenner, Priorem D. Maurbaci, convisitatorem post incorporationem factam, expedita est, et quidem Gidlis die 2 junii, Berezae circa festum S. Joannis B.tae, Dantisci die 14 julii inchoata. Finito acta visitationis D.i Dantisci die 24 julii, iidem in urbem Dantiscanam, comite D. Priore retrogressi sunt. Ubi eodem tempore ex condicto advenerant D. Anthelmus Kurti Prior D. Gidlensis et D. Joannes Amphar Prior D. Berezae. Quam ob causam iste congressus 5 Priorum celebratus, quaeque ibidem negotia tractata sint, in secreto manet. Die 7 aug. D. Prior Berezanus hinc abivit, duxitque Berezam D. Brunonem Gerend prof. D. Dantisci et 3 candidatos, qui non ita pridem ex Germania Dantiscum advenerant. Berezam hi omnes junctim appulerunt die 22 aug.

9 dec. 1679. — Ex litteris R. P. Generalis ad Priorem Dantisci: « ... quod ad Epistolam illam spectat de proposito annulandi monasteria nostra in Polonia, non puto unquam illud ad effectum

deducendum fore, Nihilominus scribam Romam, ut de his monitum habeam nostrum V. Procuratorem Generalem... Cartusiae 9 Dec. 1679. F. Innocentius Prior Cartusiae.

20 sept. 1679. In litteris V. P. Visitatoris ad Priorem Dantisci: «..... redii quidem huc Gemnicum a visitatione domus vestrae 19 aug. vivus, adjutus precibus P. V. et favore divinae gratiae comitatus, at ita miser, ut nec stare, minus ambulare queam... Dat. Gemnici 20 sept. 1679. F. Ludovicus Prior et Visit.

30 junii 1679. Litterae P. Prioris Berezensis ad Priorem Dantisci: «Paucissimis alloquor, quia intra 10 vel 14 dies ad summum vestigiis adm. VV. PP. Visitatorum insistere conclusi, modo D. Deus sanitatem concesserit, sicque ea occasione venerabor et fusius agam et amicitiam per litteras inchoatam, per praesentiam confirmabimus solidabimusque. Modo rogo, ut ductor viae memoratorum adm. VV. Patrum utpote subditus noster, tamdiu apud vos commorari possit, quousque advenero, sic enim mecum recedet. Visitatio hic optime successit, imo chartam vix unquam similem vidi, licet ego sim peccatorum maximus. In quadendorf dignetur mandare, ut nos suscipiant, pro at tempore V. P. Bilsteinii... Dat. Berezae 30 junii 1679. F. Joannes Amphar Prior.

1680. — Annus 33us Fundationis.

«Ao 1680 accepit obedientiam D. Petrus Beier, coadjutor hujus domus, revertendi ad domum professionis suae, Dantiscum. — Circa festum S. Bartholomaei Apost. D. Leo Weingartner, profus Dr Dantisci, discessit ad Cartusiam Gidlensem. Et D. Florianus Kossowski, profus hujus domus, hospes in domo Gidlensi, remissus est Berezam pro officio coadjutoris per chartam. In eadem charta Capituli gen. caeteris provae nostrae domibus enixe commendatur domus Gidlensis, quatenus sororem suam parvam fraternae charitatis ulnis excipientes, inopiam ejus relevare studeant, participemque patrimonii Ordinis quod habent, efficiant.

Pridie festum Exaltationis S. Crucis, obiit D. Mathias Carp, profus Dr Rutilae, bis procurator ac olim vicarius Dr hujus, et procurator Dr Gidlensis, tam de nostra quam Gidlensi domo bene meritus, habuitque miss. de B. M. per tot ord. Post ejus obitum vacavit procuratura integro anno. — In solemnitate S. P. N. Brunonis fecerunt sacram professionem D. Hugo Hosterd Germanus Arlunensis, D. Albanus Eich Erevirensis et D. Theodorus From Erevirensis.

Postridie S. Ursulam, in nostra Ecclesia solemni pompa sepulta est Illma Dna D. Justina Brzostowska Palatina Brestensis. — Die 2 dec. sepultus est D. Joan Krzywobłocki Judex

Sielecensis, parens V.P. Nicolai professi primi et sacristae hujus domus. — Die 15 dec. Fr. Samuel Hrehorowicz, conversus primus fecit sacram professionem.

Addenda:

Ex ch. Cap.: « Priori d. Gidloe non fit mia. Et D. Joannes Kossowski revertatur ad domum Berezae suae professionis; et ibi exerceat officium coadjutoris. Caeteris autem provae domibus commendamus, ut sororem suam parvam charitatis fraternae ulnis excipientes, inopiam ejus relevare studeant, participemque patrimonii Ordinis quod apud se habent, efficiant.

Priori d. Berezae non fit mia: Et D. Mathias Carp, prof. d. Rutilae, a PP. Visitatoribus in procuratorem institutum, confirmamus. Et De Petrus Beier coadjutor eat ad domum Dantisci suae professionis: et D. Leo Weingartner eat ad domum Gidlae.

1681. — Annus 34us Fundationis. —

« Ao 1681 die 2 jan. in Ecclesia nostra sepulta est Magnifica Dna Marianna Sapiezyna. Die 8 martii D. Joannes Amphar prof. d. Rutilae, olim procurator, deinde Rector, postremo Prior hujus domus, annis 10 in officio Praesidentis summâ laude exactis, omnibus Ecclesiae sacramentis munitus, pie obdormivit in Dno, sepultus postridie in Ecclesiâ, virtum apud saecularos tum Religiosos famâ probataque vita celeberrimus. — Die 16 martii obiit fr. Mathias Holliger donatus d. Rutilae, hospes d. Berezae. Defuncto D. Joanne Amphar Priore, VV.PP. Visitatores submiserunt in Rectorem domus nostrae D. Julianum Sunderman, prof. d. Maurbacensis, tunc vero Vicarium d. Olomucii, qui appulit Berezam 7 maii, ipsoque anno constituitur Prior. Ejus installatio secuta est 1 sept. Quod laude dignum gesserit, alibi dicam.

Eodem tempore denuo Berezam missus est D. Joannes Hoffman, prof. d. Dantisci, qui olim jam 4 annis officium procuratoris in hac domo exercuerat, idem denuo exercere obedientiâ est compulsus. »

Addenda:

Ex ch. Cap. « ob. D. Joan. Amphar, prof. d. Rutilae, Prior d. Berezae, hns miss. de B. M. per tot. ord.

ob. D. Mathias Carp prof. d. Rutilae, procurator d. Berezae, hns miss. de B. M. per tot. ord.

Domui Berezae Pastore orbatae, praeficimus in Priorem D. Julianum Sunderman procuratorem ejusdem d.

In litteris V.P. Visitatoris ad Priorem Dantisci: 29 apr. 1681 ... " ... jam duduum obitum notissimi Prioris D. Berezanae, et quidem cum magno dolore cognovi; cujus mors nonnihil piae illâ domo praematura videatur: sed cum Deo ita placuerit, nobis displicere non debet; et juxta defuncti intentionem, necnon jam dudum factam dispositionem, illis est missus Rector et destinatus procurator ab illo instituendus. V.P. Petrus Beier multis precibus ursit suam ex Berezan à domo discessum, et quidem causas peregrinantes allegando; hinc alicunde mihi incumbebat, ut orbatis Pastore provideren.. Dat. Gemnici 29 apr. 1681. f. Lud. Cyrian Prior S. celsi

30 sept. 1681.... D. theo. Prior Berezanus desiderat quendam Olomucensem procuratorem, et quia D. Convisitator ejus Prior difficulter eum dimittet, ad praecaveendas majores expensas, mandaren, ut modernus Pte vestrae Vicarius (P. Joan. Hoffman) eo promoveretur: cui in officio vicarii succedere possit V.P. Petrus Beier. D. Brunonis Gerend emotio a Berezanis valde urgetur, expedit igitur, ut ad domum suae professionis revertatur. Scribam proxime Berezanis et cuncta disponam. Dat. Gemnici, ultima sept. 1681 f. Ludovicus Prior et visitator.

9 dec. 1681..... non dubito, quin meas continentes binas obedientias, jam duduum V.P.tas vestrae acceperit, et interim V.P. Hoffman Vicarium cum sua obedientiâ Berezan pro officio procuratoris dimiserit; et in locum hujus P. Brunonem Gerend receperit: qui facit et causavit promotionem praefati P. Vicarii, cum alias non habuisset bonus P. Bruno locum in domo suae professionis, Dantisci in vicariatu succedat V.P. Petrus Beier, cum sit vir pacificus et discretus..... Gemnici 9 dec. 1681. — f. Ludovicus Prior et visitator —

1682. — Annus 35us fundationis. —

" A° 1682 post festa Pentecostalia, per ch. Capitulum venit ad hanc domum pro coadjutore D. Franciscus Brzynowak, prof.s D. Olomucensis, ante procurator, tunc vero coadjutor D. Gidla. "

Addenda:

In ch. cap. " ob. F. Mathias Illinger donatus D. Rutilae, hospes Berezae. — Priori D. Gidlacensi fit mia: et D. Franc. Brzynowak ibidem coadjutor erat ad domum Berezae, ibique exercebat idem officium coadjutoris. — Priori D. Berezae non fit mia, et D. Joannem Hoffman, prof. D. Dantisci, a P. Visitatore super annum in procuratorem institutum confirmamus.

In Annalibus D. Dantisci: a die 17 jan. rediit Berezâ D. Bruno Gerend, prof.s D. nostrae. Et contra

ab officio vicariatus hic absolutus D. Joan. Hoffman eadem occasione per obedientiam V.P. Visitatoris missus est Berezam pro procuratore. »

2 junii 1682. Ex litteris V.P. visitatoris ad Priorem Dantisci: « ... novus procurator Berezanus valde lamentatur: et libenter omni momento ad domum suae professionis rediret: quod tamen pro nunc implicat. Rescripsi illi consolatorias .... Gemnici 2 junii 1682, F. Ludovicus Prior et Visitator

1683. — Annus 36us Fundationis. —

« Ao 1683. In ipso anni exordio, sub regimine V.D. Prioris Juliani Sundermann, incepit Conventus Berezanus divinum officium nocturnum cum notis cantare: cum antecedenter ob monachorum paucitatem, recto tono sine nota persolveretur. — Tempore quadragesimali etiam duas missas diebus festis et sabbathinis, secundum formam statutorum decantare inceperunt: quod hactenus ob celebrantium defectum, non fuerat observatum. — Die 5 februarii in Ecclesia nostra Magnifica Dna Gziechanowska sepulta est. — Die 4 aprilis Fr. Joan. Bruno Buzyski, conversus, fecit sacram professionem. — Die 28 sept. celebrata fuit missa de SSma Trinitate in gratiarum actionem, pro insigni victoriâ contra Turcas prope Viennam in Austriâ, generositate Polonorum recenter obtentâ: et paucis post diebus similiter reddita est missa in conventu pro Christianis in periculosissimo hoc conflictu a Turcis trucidatis. Quanta hoc pietate et spiritûs fervore peractum sit, expenso periculo toti Christianitati tunc temporis imminente, quilibet facili conjecturâ assequatur. »

Addenda:

Ex ch. Cap: Priori d. Berezae non fit mia

Ex Annal. Dantisci: « Die 29 aug. rediit Berezâ D. Joannes Hoffman prof. d. nostrae. —

1684. — Annus 37us Fundationis. —

« Ao 1684, die 21 febr. in hac domo obiit V.P. Christianus Deutz, prof. d. Dantisci, vicarius domus hujus. Multum hic laboravit in conscribendis Falteriis et Responsorialibus: in tantum, ut uterque chorus in hodiernum diem illius laborem deprædicet. In cujus locum D. Nicolaus Krzewobłocki substitutus est Vicarius hujus domus die 15 dec.

Die 1 aprilis in Ecclesia nostra sepultus est M. D. Skop. — Die 19 apr. fuit altera sepultura M. D. Kassubae. — Die 5 junii, tertia, Magnificae Dnae Emerentianae Bystrzikowskae.
In chart. cap. Priori D. Berezae non fit mia. »

1685. — Annus 38us Fundationis. —

« Ao 1685 Die 17 martii, in Ecclesia nostra sepultus fuit M. D. Skalski, habuitque missam in Conventu more consueto. — Die 18 oct. fecit sacrum professionem D. Casparus Hephner, Silesius Klinkowicensis, quondam studiosus Academiae Ollomucensis, qui in ordine octavus est professus hujus domus. —
In ch. cap. ol. D. Christianus Deutz prof. D. Dantisci, vicarius D. Berezae. — Priori D. Berezae non fit mia.

1686. — Annus 39 Fundationis.

« Ao 1686, die 4 julii, depositum est in Ecclesia nostra corpus pie defuncti Illmi DD. Francisci Sapieha, Stabuli Praefecti M. D. L., singularis fautoris et Benefactoris nostri.
Die 31 julii, advenerunt VV. PP. Visitatores D. Bernardus Gepfhardt Prior D. Ollomucensis convisitator et D. Anthelmus Kurti, Prior D. Gidlensis, in socium assumptus. Tempore illo erant 10 monachi in hac domo incluso D. Priore, conversi duo et donati duo, nempe:

1. — D. Julianus Sunderman Prior	6. D. Antonius Roder	conversi.
2. D. Nic. Krzywobłocki vic.	7. D. Hugo Horterd	Fr. Samuel et fr. Joannes Bruno.
3. D. Florianus Kossowski procur.	8. D. Albanus Lich	Donati
4. D. Franc. Przynowak coadj.	9. — D. Theodorus Fromm	Fr. Dominicus et Fr. Ertmanus. —
5. D. Georgius Wienkiewicz	10. D. Casparus Heptner.	

Steterunt in praedicta Visitatione 17 diebus. Multum haec visitatio celebratur a Senioribus hujus domus, ita ut caeteras in comparatione illius vilipendendas ducerent. Siquidem repetitis vicibus, confrontatio facta fuit in praesentia praedictorum DD. visitatorum, inter D. Priorem et Conventum: et adeo zelose dissipatam pacem et concordiam restituere nitebantur DD. visitatores ut publice protestarentur, se hinc non discessuros, nisi stabilita pace: quod etiam feliciter sunt adepti. Chartam Capituli gen. attulerunt praefati DD. Visitatores, in qua ordinatum est: Posthac

festum S. Theresiæ Virginis cum 3 lectionibus et missâ pro tot. ord. celebrari: 2° quia R.P. Innocentius tunc temporis Generalis, Annales Ordinis adhuc conclusi erat, monebatur omnes Priores, ut notabiliora, quæ in singulis domibus Ordinis contigerunt, R^do Patri in scriptis notificarent.»

Addenda:

In ch. cap. Prior de Berezce non fit mira.

30 nov. 1686. In litteris V.P. canonicis ad Priorem Dantiscæ: ... «... salvus et incolumis domum redii a visitatione 3 domorum Polonicarum. D. Julianus Prior Berezanus invisit. Utatur V.D. nostrum Visitatorem Gemmicii periculose etiamnum decumbentem, in quibus negotiis et quo effectu, nos plene scio.... Ollomucii 30 nov. 1686. F. Bernardus Prior.

1687. — Annus 40us Fundationis. —

«A° 1687 confirmati sunt termini spatiamentorum a V.P.P. visitatoribus assignati: nimirum ad septentrionalem plagam, versus aulam Dni Domastawski (hunc locum nullus recordatur modernis temporibus, ubi hæc aula steterat) medio milliari. In parte septentrionali post paludes ad particulam prædii Berezani, dd Wisoka Gora: qui locus Berezanus et Uhlani distinctat versus latera, superpluriolum Berezynka.

Circa 24 aug. rediit ad hanc domum D. Leo Weingartner ex domo Gidlensi, fugit D. Dantiscæ, secum pro socio itineris habens D. Coadjutorem D. Gidlensis; et post paucos dies D. Nic. Krzywobłocki cum prædicto D. Coadjutore discessit Gidlas pro exercendo officio Vicarii.»

Addenda:

In ch. cap.: Prior de Berezce non fit mira: et spatiamentorum terminos a P.P. visitatoribus designatos confirmamus; monemus tamen conventuales, ne passim et indifferenter versus meridiem et viam publicam evagentur, sed quanto rarius, eo religiosius.»

1688. — Annus 41us Fundationis. —

«A° 1688. Die 27 julii venit ad Cartusiam nostram V.P. Wenceslaus Janik procurator D. Ollomucensis portans secum chartam Capitularem, in qua D. Julianus Sirdeman, hactenus Prior hujus domus, a suo officio absolvitur, et ab absoluto locum subrogatur D. Wenceslaus prænominatus.

verba chartae sunt: « Priori D. Berezae ad nam magnam instantiam fit mia: et instituimus in Priorem dictor D. D. Wenceslaum Janik, prof. et procuratorem D. Ollomucensis: et Prior absolutus vadat ad domum Brunensem, cujus consolationem Priori ejusdem D. multum commendamus.

Priori D. Gidlae non fit mia: et D. Nicolaum Krzywobłocki, D. Berezae prof. super annum a P. visitatore in vicarium institutum confirmamus.

Primâ Dominica Adventus Fratres nostri laici prima vice inceperunt serotinas preces cum Rosario B. V. Mae in Ecclesia decantare ex mandato D. Neo-Prioris: quae laudabilis consuetudo usque hodie perseverat. »

1689. — Annus 42us Fundationis. —

« Ao 1689 nihil notatu dignum invenitur. In ch. Priori D. Berezae non fit mia. »

1690. — Annus 43us Fundationis. —

« Ao 1690, Die 28 februarii celebratae sunt solemnes exequiae in Ecclesia nostrâ anniversariae pro Perillustri ac M. D. Emmanuele Brzotowski, Notario Stonimensi, Promotore Cartusianorum in Lithuania.

Die 27 martii D. Franc. Przynowak, prof. D. Ollomucensis, procurator D. nostrae pie in Dno expiravit et feria IIIa Paschae sepultus fuit primus in nostro coemeterio; nam caeteri ante ipsum hic defuncti omnes jacent in Ecclesiâ.

Die 25 maii, ad hanc cartusiam feliciter appulit D. Hugo Preister, prof. D. Brunae, a V. P. visitatore procurator hujus domus institutus. — In ch. cap. Priori D. Berezae non fit mia

1691. — Annus 44us Fundationis. —

« Ao 1691 Die 2 julii fecit sacram professionem D. Joannes Balcarek moravus Ostraviensis. In ch. capit. ob. D. Franciscus Przynowak, prof. D. Ollomucensis procurator D. Berezae. Priori D. Berezae non fit mia. — »

1692. — Annus 45us Fundationis. —

« Aº 1692. Die 2 julii lecta est charta Capituli gen. in qua inter alia ibi legitur: Donnus Petro Beyer, profes et procurator d. Dantisci, in Priorem ejusdem d. ab Rmo P. super annum, institutus, non fit-mia. (fuit-is olim et coadjutor d. Berezæ) — Prior d. Gidle non fit mia: ltr. d. Nic. Krzyzwobtocki revertatur ad domum Berezæ, ne professionis, ibique exerceat officium procuratoris.

Prior d. Berezæ non fit-mia: ltr. d. Hugo Treusler, prof. d. Brunæ vadat ad domum Gidle. Donnus Krzyzwobtocki adduxit Berezam, ipsemet Prior d. Gidlensis d. Bartholomæus Kurtz, et cum pauc. dies ibi cum substitisset, cum absoluto procuratore Gidlas repetiit.

Dominica die infra octavas Nativitatis B. V. Mæ primâ vice celebravimus solemnitatem Sui nominis Mariæ.

25 sept. 1692. In litteris P. Visitatoris ad Priorem Dantisci: « ..... petitam pro P. Kutzmanno obedientiam, mitto hic acclusam, ne si forte Berezam missa in via pereat, suspicionem incurram. .... Domini 25 sept. 1692. Fr. Bernardus visitator —

P. Kutzmannus, donatus d. Berezæ, quidquid tempore fuit hospes d. Dantisci, sibi panem necessarium et ideo Berezam remissus est 4 maii 1694.

10 sept. 1692. In litteris d. Prioris Gidlensis ad Priorem Dantisci: « ..... præsumpsi V. P. Priorem Berezanum visitare, a quo liberalissimis donis dimissus sum, oneratus equo bono et cursiculo, cera, tela, panno, tibus canalis et ex pecuniis 110 flor. Dominus conservet eum. .... Gidlis 10 sept. 1692

F. Bartholomæus Kurtz Prior.

1693. — Annus 46us Fundationis. —

« Aº 1693 die 26 jan. obiit d. Antonius Roder 4tus prof. d. nostræ in ætate 15 annis (quorum 3 in officio sacristæ exegit) laudabiliter vixit, sepultus est in cœmeterio nostro secundus. In ch. cap. et d. Ant. Roder prof. d. Berezæ. — Prior d. Berezæ non fit mia. —

20 apr. 1693. — In litteris d. Prioris Gidlensis ad Priorem Dantisci: « ..... litias d. Prior Berezanus satis urget suam deliberationem, vix puto quod obtineb it. — Gidlis 20 apr. 1693, p. Bartholomæus Prior —

1694. — Annus 47us Fundationis. —

„ Aº 1694. Die 22 Junii celebrata fuit in Ecclesia nostra solemnis sepultura cordis Illmae DD. Sophiae Sapiehanae Grudzinskiae, Praefectae Golubiensis, et Polonico Epitaphio exornata.

Die 29 Aug. feliciter appulerunt VV. PP. Visitatores, D. Benedictus Widerholt Prior D. Gemnici, visitator, et D. Ignatius Jadzni Prior D. Maurbacensis convisitator. steterunt in actu visitationis nonnisi 5 dies, nec mirum: cum V. P. Wenceslaus Prior charitate erga conventum (o felices monachi!) abundaret. Reliquae exiguae causae etiam exiguâ terminatae sunt morâ, Erant eodem tempore monachi 9, incluso D. Priore, conversus unus, FF donati 3 et quartus novitius donatus, simul etiam 2 novitii in conventu, ut apparet:

1. — D. Wenceslaus Prior.	6. — D. Allanus Eich	2. Alter novitius non perseveravit.
2. D. Nic. Krzywobłocki, praec.	7. — D. Theod. Fron	1. Fr. Joan. Buzycki conversus
3. — D. Florianus Kossowski	8. D. Casparus Stephner	1. F. Dominicus donatus? Fr. Ertmanus donatus
4. — D. Georgius Wienkiewicz	9. D. Joan. Balcarek	3. Fr. Mich. Rupiewicz donatus — F. Alex. Koltecki
5. D. Hugo Hosterd.	1 D. Josephus Kristeli novitius.	donatus novitius — 2 postremi post ejecti. —

Addenda:

Ex ch. Cap. ob. Fr. Samuel Hrehorowicz, conversus prof. D. Berezae hns miss. de B. M. in provis Alemae ¶ mortuus 15 dec. 1693. — Priori D. Olomucensis non fit mia; et D. Anthelmus Frölich sacrista vadat ad domum Berezae, ibique exerceat officium Vicarii. — Priori D. Berezae non fit mia.

Ex Annal. D. Dantisci: „ Die 4 maii hinc dimissus Fr. Ertmanus donatus reversus est Berezam ad domum promissionis suae per obedientiam a V. P. Visitatore datam.

Charta Visitationis. 1694

In nomine ter Ssmae et Individuae Trinitatis Patris et Filii et spiritus Sti Amen. Muneris nobis commissi obligationi insistentes, nos humiles FF Benedictus Widerholt Prior D. Throni B. Mae in Gemnico et provae Alemae supris Visitator, et Ignatius Jadzni Prior D. Vallis oo. SS. in Maurbach, convisitator, Aº Virginei partus 1694, die 30 aug. et sequentibus, visitationem D. Stae Crucis, vulgo Berezae in m. D. Lithuaniae positae, exorsi sumus, Praesidente V. adm in Xto P. D. Wenceslao Janik; de cujus bono regimine haud parum recreati sumus; deprae dicatam namque a cunctis pietatem et zelum quadam mensura insigni, in eo non tantum recedere, verum etiam ad ulteriora utriusque status rite prosequenda aedificiorum incrementa, intentum reperimus.

licet enim splendide ad honorem Dei erecta, amplissimeque pro ejusdem servitio persolvendo disposita, ac mirifice exornata, necnon pretiosa suppellectili provisa Ecclesia conspiciatur, ardenter tamen cum Regio Prophetâ, ad ampliorem adhuc decorem Domûs Dei, et exornandum locum habitationis ejus anhelare videtur, nec impari conatu alterum spiritualis regiminis ædificium suorum ven. filiorum prosequi satagit. Sciens enim superiorem in sacris paginis comparari lucernæ supra candelabrum positæ, ut luceat omnibus qui in domo sunt, exemplo potius in Statutorum observantiâ, quam verbo oves suas præcedere solet; etenim se divinarum laudum psaltem, quantum negotia domûs et corporalis sospitas permittat, exhibendo ob humilitatem, patientiam, morum religiositatem, vitæ integritatem et regularis observantiæ zelum plurimum laudabilis. Sicque boni Pastoris in utroque statu vices exercens, oviculis suis quasi stella matutina lucet per lumen privatæ vitæ, quasi luna plena in diebus suis, per splendorem vitæ exemplaris, quasi sol refulgens per serenitatem regiminis. Quid evidentius, inquit S. Augustinus, splendorem Regni significat quam sol? quid evidentius splendorem regni in una domo significat quam Prælatus? Sicut enim sol suis radiis omnem creaturam rationalem, sensitivam et vegetativam illuminat et fœcundat, ita superior per propriam vitæ mortificationem splendet, et cunctos sibi commissos exemplo suo illuminat ad inveniendam et sectandam semitam justitiæ et perfectionis. Cum vero aliqui pari animo filialique reverentiâ paternis monitionibus et jussis in quibusdam obtemperare retractaverint, cum in Dño adhortati sumus, ne horum exemplo, in paternis impendendis correctionibus remissior fiat, sed clamet, suæque voci vocem virtutis superaddat, secundum exigentiam adhibendæ medelæ arguat, obsecret, in omni tamen patientiâ et doctrinâ. Quæ ut felicius assequi valeat, dicat unam de Spiritu Sto missam, et unam in privato sibi infligat disciplinam, atque in officio, a quo absolvi petiit, ad sacri Ordinis voluntatem perseveret.

A ven. actm Pastore ad oves digressi, invenimus cunctos secundum vocum et virium qualitates debitum divinæ clementiæ diurnum pariter ac nocturnum servitium condecenti gravitate exsolvere. At eos divisos esse; quosdam videlicet legis æmulatores, vocationis suæ bene memores, superioribus obsequentes, cellæ et silentii observatores, et ad omnem pietatem ac religiositatem promptos, cum gaudio audivimus; quosdam vero his multum contrarios, nihil aliud quam quasi irrationalium instar animantium, proprios suos affectus animique passiones sequendo, dolenter reperimus; quos tamen ob firmum emendationis propositum, fraternæ pacis et dilectionis, aliarum virtutum taliter futuros speramus cultores, ut, si quæ forsan turbationis nebula insurgat, facile

et 27 ejusdem Gidlas perveni. – Gidlis 9 nov. 1696. Fr. Hugo hospes.

16 aug. 1696. Ex litteris D. Prioris Berezani ad Priorem Dantisci: «..... Discesserunt a nobis, bonâ 20 martii cum pace VV. PP. Wenceslaus emeritus Prior et Nic. Kerpinski hactenus coadjutor d. nostræ ..... Placuit benignissimo Dño meis principiis benedicere; Magnificus enim D. Mathias Jelec, vicinus noster et Benefactor eximius super omnia sua bona cum omnibus attinentiis, facto super hoc singulari instrumento, nobis inscripsit; Bona vocantur Macijewieze, duobus milliaribus tantum a cartusia distant et æstimantur ad 20000 flor.. Deus reddat ei in vitâ æternâ centuplum. Quamprimum prædicti D. Jelec valetudo permittet (præsens enim ipse esse debet) curabo, ut memoratum instrumentum in Castro Brestensi Protocollo juridice inseratur, ut post fata ipsius absque lite et turbatione nobis et Christo donata bona, possidere possimus. De quo insigni augmento spero, V. P. vestra gaudebit. Berezæ 27 mart. 1696 .. Fr. Bruno Prior. –

..... Strenue ædifico et has æstate tres cellas finiam cum molendino et turricula. Tectum Ecclesiæ sequente anno laminis Suecicis tegam ..... Berezæ 1 junii 1696 F. Bruno Prior.

....., advolavit tandem diu desideratus Angelus (D. Joan. Fæcher) e Paradiso vestro 11 aug., quem Deus sub umbrâ S. Crucis diu incolumem et salvum delitescere sinat, donec transeat iniquitas calumniantium nos. Miror quod V. Ptas vestra tam ægre ferat istam mutationem, cum ex honore vestro sit, posse aliis domibus Priores et vicarios dare. Quod absque præscitu Ptis hæc fecerim, improbare non potest: sic enim hoc negotium expedire debebam, ne mihi impedimentum poneretur ..... Quatuor cellas hoc anno erexi, et pro duabus novâ posui fundamenta. Jam in altera parte monasterii ædificabo portam et magnum murum, qui totum cinget monasterium, incipiam producere. Portam pulcherrimis picturis exornavi, et stemmata Fundatoris et Fundatricis, et in medio S. P. N. Brunonis inserui ..... – Berezæ 16 aug. 1696 Fr. Bruno Prior. –

1697. – Annus 50us Fundationis. –

«1697. Die 25 junii. F. Dominicus donatus d. Trevirensis, hospes in hac domo: qui ob morum integritatem, animique candorem et simplicitatem, omnium in se affectum non tam trahebat quam rapiebat, 30 annis huic domui sedulo inservivit, pie in Dño obdormivit, tantis in ultimo infirmitatis articulo delibatus deliciis, ut non ad tumulum, sed ad convivium eumdem festinare, quis crederet. – Die 26 nov. sepultus est in nostra Ecclesia M. Dnus Bulgrabi, Nobilis.

Ex ch. cap. – Priori D. Berezae non fit mia.

Addenda:

5 julii 1697. Ex litteris P. Vicarii Coloniensis ad Priorem Dantisci: «..... Per epistolam V. P. Joannis Foecher Vicarii Berezensis pro domo Berezanâ petitos 3 adolescentes, 2 julii coloniâ generoso spiritu abeuntes, modo in via constitutos, per Amsterodamum navigio Gedanum properantes, dum advenerint, debito amore suscipere dignetur: sunt enim honestae parentelae; quorum unus est Coloniensis, ex plateâ S. Severini Braxatoris filius, D. Adolphus Strunck, secundus Juliacensis, D. Christianus Becker, tertius Bonnensis, D. Ferdinandus Billig, amanuensis eximii D. Forsbach. Dignetur pariter V. P^tas vestra eis providere, ut ad locum destinatum, Berezam, salvi et incolumes perveniant... Coloniae 5 julii 1697. Fr. Laur. Becker vicarius

Tribus istis candidatis, quartus Dantisci nempe D. Jacobus Wiatrowski adjunctus est, qui curâ D. Prioris Dantiscani Berezam expediti, 4 sept. illuc feliciter pervenerunt et pridie festum S. P. N. Brunonis investiti sunt.

9 aug. 1697. Ex litteris P. Vicarii Berezensis ad Priorem Dantisci: «..... V. P. Prior noster aedificat fortiter: muro altissimo et crassissimo monasterium cingere coepit, ubi portam oppidum respicientem cum impositis iconibus et superscriptionibus absolvit, ambitum selectissimis Sanctorum Patrum nostrorum et Eremitarum picturis illustrat, Ecclesiae tectum laminis obducit: quod opus sine 6000 flor. non perficiet.... Berezae 9 aug. 1697.

F. Joan. Foecher vicarius.

1698. – Annus 51us Fundationis. –

«A° 1698 Die 6 oct. in solemnitate S. P. N. Brunonis fecerunt sacram professionem D. Ferdinandus Billig 11us in ordine professorum hujus domus, D. Adolphus Strunck 12us, D. Christianus Becker 13us et D. Jacobus Wiatrowski 14us.

Ex ch. cap. ol. fr. Dominicus, donatus D. Erevirensis, hospes in domo Berezae.

Priori D. Berezae non fit mia.

1699. – Annus 52us Fundationis.

«A° 1699 Die 28 aprilis fr. Michael Rupiewicz donatus dimissus est ex ordine et hac domo

propter egressiones nocturnas frequentes: insuper equo donatus et viatico.

Die vero 21 junii sub matutinis, redivit praedictus dimissus Mich. Rupiewicz, et per fenestram Prioratum intrans, confractis scatullis, furtum non leve commisit, et per cellam H pecuniâ ablatâ discessit. Tandem post tres dies deprehensus est in ~~turrim~~ oppido Malez, inde ad cartusiam nostram vinctus compedibus reductus, detrusus est in turrim, addito ei custode, qui ipsum ne fugeret, custodiret. Sed 19 julii, conventu nocturnis laudibus intento, custode gravi somno sopito, incarceratus solutis compedibus, fractisque ostii cardonibus, e turri elapsus, intravit cellam Fr. Ertmanni Donati, refectorium, culinam et dispensam spolians, tandem securi ferreas crates destruxit in Prioratu, per fenestram intrans, ablataque inde cistâ denuo tulit ad cellam H: ubi ea confractâ, accepit quantum invenit, et per horti murum se fugae commisit, ac per agros cartusiae vagus oberrabat. Reliquit insuper litteras in turri, in quibus ludibriose pro perceptis beneficiis gratias agebat. Quam malitiam Deus ultra non ferens, in tantum ei rationem imminuit, ut sequenti nocte circa oppidum Berezam circuirat. Ubi captus ac foro saeculari traditus est. Iudices perpensâ furtorum et excessuum gravitate, sententiam mortis contra eum tulerunt: vigore cujus die 23 julii in foro oppidano capite plexus, et ex gratiâ Iudicum ad Ecclesiam graeci ritus sepultus est.»

20 julii 1699. Litterae flebiles D. Prioris Berezani de tragico quodam casu ad Priorem Dantisci A.V. in Xto P. Prior. Multis et variis hactenus malis ac tribulationibus (peccatis nostris sic exigentibus) fuimus exercitati; nam non tantum turbatissimus Regni status et licentiosi militis per bona nostra grassatio, profunda nobis inflixerunt vulnera, sed cum primis etiam duorum perversorum laicorum nostrorum impia conversatio et scelerata vita, me et totum conventum amaritudine replevit, et lethalia inflixit vulnera. Unum ante sesquiannum, nomine Alexandrum Koltecki ejecimus; quem alter hoc anno post Pascha secutus est, nomine Michael Rupiewicz, Chirurgi plebei filius: qui de turpissima incontinentiâ, tam cum conjugatis quam solutis, infideli administratione bonorum, variis furtis in monasterio commissis, transitione per murum de nocte in habitu saeculari et aliis crimitibus convictus, cum consilio et unanimi consensu Conventûs, expulsus fuit. Hic in sensum reprobum datus, ut compleret malitiam suam diu jam praemeditatam, post duos menses redit, furtiveque in ipso festo SSmi Corporis Xti, nobis sacra processione occupatis, claustrum ingressus, per triduum in granario super cellam Prioris delituit, tempus ad scelus quod meditabatur exequendum expectans; quod etenim

nocte Dominica infra octavas Corporis Xti, me in matutinis existente, diabolica audacia perfecit; nam fenestris effractis, cellam nostram intravit et duas scatullas, instrumentis ad hoc praeparatis, violenter aperuit, et ex iis in pecunia, auro et argento aliaque suppellectile ultra 6000 flor. Polonic. acceptis, per murum adhibitis scalis, evasit, nosque plenos dolore et confusione reliquit. Quem tamen tertia die, emissis per omnes vias exploratoribus, per Dei auxilium et intercessionem S. P. N. Brunonis et S. Antonii de Padua, intercepimus, et ablata omnia cum gaudio et intima consolatione recepimus. Benedictus Deus qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Hunc jam ante ex ordine ejectum, et omni privilegio clericali privatum, brachium saeculare apprehendit, tenetque in vinculis, brevique contra eum criminalem formabit processum. Feci quidem instantiam, ne publica morte puniretur ob respectum sacri Ordinis, cujus habitum per 8 annos ut Donatus, portavit, sed frustra; nam Judicium replicavit: si Cartusia Berezana, pro omnibus damnis, furtis et sceleribus ab isto maledicto in futurum perpetrandis evictionem dare et spondere vult, illum liberum dimittemus. Periculum hoc cum domus nostra in se suscipere non possit, nec debeat, praedicto eum judicio relinquimus. Sanguis ejus sit super caput ejus; nam nullo modo proeo spondere praesumimus, cum ad omnia scelera et patibulum natus videatur. Deus S. Ordinem imposterum ab ejusmodi nebulonibus custodiat, et per hoc triste exemplum omnes superiores erudiantur, ut in susceptione laicorum magis sint circumspecti, ne S. Ordo talia scandala et infamationes per lapsum eorum amplius sentiat. Plerumque enim tales ex desperatione ad ordinem veniunt, cum jam fortunam et conscientiam in saeculo decoxerunt. Utinam Ven. D. Wenceslaus, antecessor meus, haec paulo attentius considerasset, mihi misero talem dolorem et confusionem non reliquisset. Unicum me solatur, quod in habitu adhuc existens, ultimum scelus non attentavit, sed jam ejectus et habitu privatus: alias majora habuimus dolorem et confusionem. Deus in aeternum S. Ordinem liberet ab ejusmodi in mente et moribus corruptis hominibus. Hisce finio...

Dat. Berezae die 20 julii 1699. — Fr. Bruno Gérend, Prior.

30 sept. 1699... A. V. in Xto Pater Prior. Fur noster Michael, de quo in ultimis meis fusius scripsi, pessimam vitae suae scenam, funesto et cruento clausit epilogo, nam 23 julii a Judicibus suis in eum lata fuit sententia mortis, sequentique die in publico foro oppidi nostri Berezensis capite plexus est, donata ei poena patibuli ob respectum

S. Ordinis. Poterat adhuc ipsi fieri misericordia et vita donari, si prioribus sceleribus non addidisset, nova; nam post 4 septimanas captivitatis, carcerem in quo detinebatur, firmissimasque miro et desperato artificio perfregit, et secunda vice cellam nostram effractis fenestris, me in Matutinis existente, intravit, ex eaque cistulam cum 230 flor. lagenam cum cremato et unum pulvinar ex lecto: ex dispensa 60 farcimina, 25 panes: ex refectorio cultros, cochlearia picatis suis manibus rapuit, sicque per cellam V. P. Georgii, applicatis ad murum scalis, cum furto aufugit, stipantibus eum, ut ipse ultro fassus est, nigerrimis rusticis: quales isti socii fuerint, facile conjecturare possumus. Sed Deus qui non vult mortem peccatoris, eum abire non permisit, nam sequenti statim nocte, in oppido nostro totus lbrius et desperatus, cum furtis apprehensus, ad carceres et nova vincula reductus fuit; ubi palam coram 26 hominibus fassus est, se nihil magis dolere quam quod me non occiderit;

~~quam quod me non occiderit~~: nam bene se scivisse, quamdiu ego anem in vivis, se securum nullibi futurum. Deus sit ipsi propitius in aeternitate, et det ut per temporalem istam poenam transiverit ad meliorem vitam. Stupent omnes, qui ejus facto et diabolicam audaciam audiunt, eumque vere ad patibulum natum fuisse asserunt. Monstravit iste infelix homo multis aliis sibi similibus viam ad claustrum nostrum, quod antea semper fuit tutum et securum, et omnium quasi asylum. Jam autem in continuo sumus timore et tremore, ne alius talis nequam similia attentet; ideo nihil servo jam in cella nostra, sed omnia ad Ecclesiam fero, quam S. Crux nostra conservet inviolatam. Amen; Certum quidem est, quod tristissimus iste casus, multum de vitâ meâ detraxerit, nam intima cordis mei penetravit, et hucusque non sinit esse laetum; sed et in his sit nomen Dñi benedictum in saecula. Colligimus enim et ex his spinis rosas: vident quippe nostri Sarmatae, nos tale monstrum ex cremo nostrâ juste expulisse, et propter horrenda et sacrilega furta, debitâ poena affectum esse.

De caetero... — Dat. Berezae 30 sept. 1699. F. Bruno Gerend, Prior mpp.

ex ch. cap.: Priori d. Berezae non fit mia. —

D. Prior Berezanus dicit in litteris supra citatis 30 sept. 1699: «... D. Hugo Hostert prof. cartusiae Berezensis, ad instantiam D. Prioris olomucensis et aliorum VV. PP. ejusdem Dni, ab adm. V. P. Visitatore institutus est in vicarium ibidem. Deus det ei omnem benedictionem.....

1700. — Annus 53us Fundationis. —

« Aº 1700 Die 9 sept. ante horam nonam manebis cecidit fulmen in Ecclesiam nostram, in qua nonnisi sculpturas aliquas in majori altari dejecit, et ubi transivit aurum adussit. Eodem tempore, et quasi uno eodemque ictu in oppido Bereza fulmen incendit pyrum et combussit. Post quod fulmen multa mala sunt secuta. — Die 16 et 17 nov. transiverunt duo Principes Wisniowiecki cum multis tormentis bellicis et 4000 militum per Berezam et alia nostra bona, contra Sapiehanos usque Vilnam; ubi 25 nov. occisus est Stabuli Praefectus M. D. L. crudeliter a confoederatis, filius n. Sapieha Exercituum Ducis M. D. L. et Protectoris nostri contra parolam: qui si continuasset suam pugnam cum suis 70 viris contra 15000 victor evasisset. (De his lege hist. Pol. Lengnichii, item hist. Ds Sapiehanae, ait Schwengel) Juvenis erat magnae heroitatis: fuit insuper Generalis Imp. Leopoldi, cui per aliquot annos cum summâ laude militavit, a quo etiam S. R. I. Principis titulo pro tota Excellenma familia Sapiehana donatus est. Quo cadente, Dux exercituum M. D. L. pater ejus et Thesaurarius M. D. L. substraxerunt se a confoederatis. Quid mali deinde secutum sit, totius patriae ruina clamat, et nostra cartusia in enumerandis pecuniis sensit. »

Addenda:

Ex ch. cap.: « Priori D. olomucensis non fit mia: et D. Hugonem Hostert prop. D. Berezae, a PP. Visitatoribus in vicarium institutum confirmamus. — Priori D. Berezae non fit mia. »

8 maii 1700. — Ex litteris D. Prioris Berezani ad D. Priorem Dantisci: « ... breve nostrum gaudium, quod post pacem cum Turca factam, et redditum nobis Camenecum, habuimus, novi motus bellici interturbant. Suecus enim illatam sibi a Rege nostro injuriam, non inultam relinquet, sed liberata Riga, per Samogitiam, recto itinere in Lithuaniam nostram miseram et vix spirantem intrabit, et nisi Deus dexteram suae potentiae interponet, tristissima ultionis suae relinquet vestigia.. Berezae 8 maii 1700. — P. Bruno Prior. —

1701. — Annus 54us Fundationis. —

« Aº 1701 circa initium anni, dies primos continuis occupationibus circa militum necessitates consumpserunt nostri externi officiales. Miserum statum domus volentes

annuntiare VV. PP. Visitatoribus per nuntium; sed hic incidit in confœderatos et litteræ interceptæ brevi ruinam totius domus tulissent, nisi Ill^mus Episcopus Vilnensis Brzotowski personam suam pro cartusiâ nostra interposuisset. Et hæc causa fuit novarum exactionum. Scripta sunt hæc diligenter in Annalibus D^s nostræ, de quibus subtraho calamum.

Die 6 junii F. Ioan. Bruno Buzicki conversus prof. D^s nostræ, post multas belli tribulationes, pie obdormivit in Domino. — Die 26 sept. celebrata fuit missa de S. Cruce in conventu, pro felici complanatione inter Rempublicam et Sapiehanos: quæ Grodnæ his diebus fieri debebat.

Ex ch. cap. Priori D^s Berezæ non fit mia.

1702. — Annus 55us Fundationis. —

« A° 1702, Die 29 aprilis venerunt milites pro nova exactione et statione in bonis nostris, ex quibus magna desolatio subrecuta est. — Die 5 maii, multi religiosi et sæculares advehebant res et thesauros suos, et confugiebant ex omnibus partibus ad nostram cartusiam. Circa 10 maii, novus timor accessit cartusiæ nostræ, de introitu Suecorum Brestam. — Die 11 junii, 70 sueci intraverunt prædium nostrum Berezanum, et reliqui in oppido sunt divisi, omniaque depopulati sunt. Die 12 junii circa 11^a diei, Ill^mus ac Excell^mus DD. Sapieha, Dux Exercituum M. D. L. monasterium nostrum ingressus est, habens secum aliquot millia militum ex Lithuanis: deinde totus exercitus ac sueci secuti sunt 18000. Ill^mi Ducis præsentia et gratia pro tunc servata est cartusia, secus periisset. — Die 16 junii, horâ quartâ mane, V. P. D. Bruno Gerend, Prior D^s nostræ, prof. D^s Dantisci, receptis Ecclesiæ sacramentis, pie obdormivit in Domino. —

Die 17 aug. advenit novus Rector D^s nostræ, V. P. Iodocus Opichal, professus et hactenus procurator D^s Olomucensis, ab A. V. P. Visitatore submissus. Post cujus installationem, Sueci et Poloni magna damna intulerunt cartusiæ nostræ: ratione quorum V. D. Rector cum Illmo D. suffraganeo Vilnensi Slizen egit, impetravitque ut abirent ex bonis nostris: quorum erant 9 Vexilla.

Ex ch. cap. ob. Fr. Ioan. Buzicki conv. prof. D^s Berezæ. — Priori D^s Berezæ non fit mia.

Ex litteris V. P. Visitatoris ad Priorem Dantisci: « .... ex litteris D. Prioris Berezani summe consternatus sum, audiens Lithuaniam ob accedentem, aut forte jam occupantem Suecum, maximis

premi angustiis. Rescribo hac ipsa posta memorato D. Priori Berezanensi, facultatem impertiendo, quatenus V.P. Joannem Facher Vicarium, ad suæ professionis domum remittat, illique unum alterumve conventualem socium, supponas enim non omnes cellas repletas esse..... Ubi P.P. Berezani compulsi fuerint se eo transferre, et D. Joannes Facher cum uno alterove socio ad Paradisum B.M.ae pervenerit, conveniens fuerit, quatenus dictus D. Joan. Facher in coadjutorem instituatur... Gemnicii 15 mart. 1702. P. Benedictus visitator.

..... non dubito D. Priorem Berezanum cum suis v.en. Conventu in magnis versari angustiis, unde a posteriori indebrevi recessurum, nisi forte jam actualiter id opere compleatur.

Gemnicii 3 maii 1702. P. Benedictus visitator.

15 nov. 1702. Littera P. Prioris Olomucensis ad Priorem Dantiscanum: « V. in Xto P. Prior. Notum forte denuncio obitum A.V.D. nostri Visitatoris, qui 22 oct. in actu visitationis Teidnicii, pie in Dno expiraverit: Deus det ipsi requiem æternam. V.D. Convisitator hic dixerit confirmationem V.P. Prioris Berezani datam a R.mo P. Generali: hanc per proprium nuntium Gedlaga usque diem, misique eidem Neo-Priori Berezensi informationem, quod nempe per Cambium Dantiscanum possim accipere illam pecuniam (266 flor. Rh.) quam D. nemi Olomucensi tenetur. Olomucii 15 nov. 1702. P. Albertus Widenman Prior.

1703. — Annus 56us Fundationis. —

« A.o 1703 Continuæ pecuniarum exactiones tum a subditis, tum ab ipsa Cartusia nostra his temporibus, referuntur in Bmal. nostris. — Die 28 martii promulgatum fuit jubileum universale pro Regno Poloniæ et M.D.L. propter bellum et discordias inter Magnates; quos tempore incipiebant Lithuani et Saxones obsidere Brestæ Lucos. — Die 18 junii erant comitia universalia Lublini. — Die 30 aug. sepultus est in nostra Ecclesia D. Matthæus Salac; qui nobis bona mobilia et alia omnia sua legavit. — Initio novembris accepit Sacros Chorumum per accord. — Die 10 dec. missus celebratæ sunt exequiæ M.D. Ginali, qui eodem die in nostra Ecclesia sepultus est. »

Addenda:

In Ch. cap.: « D. D. Bruno generali prof. D. Dantiscani, Prior D. Berezæ, D.no Stephano alloquente, obtinuimus ab officio coadjutoris, [illegible] instituto nostri mitia.

et D. Florianus Kossowski absolvimus ab officio coadjutoris, et eat ad cellam sibi a P. Priore assigandam. »

17 februarii 1703. Litteræ V. P. Convisitatoris ad P. Vicarium Berezanum: « Ven. P. Vicario Berezano D. Joanni Fæcher. Litteras P. V. tanto gratiori animo perlegi, quanto ejusdem affectum erga suum novum Superiorem, a R^mo P. Generali nostro in Priorem institutum ex iisdem animadverti fideliorem: hujusmodi enim concordantia bene sonat in auribus divinis, placet Superioribus, inferiores ædificat, totumque conventum in bona conservat harmoniâ. Opto autem, ut et reliqui omnes ejusdem sint mentis et affectus erga eum, utpote virum doctum, maturum necnon in aliis officiis inferioribus apprime expertem, Petitam gratiam pro V. Conventu: ut possint diebus minutionum et binæ refectionis in æstate exire ad spatiamenta hora 11 juxta consuetudinem pro v^æ nostræ, persolutis horis ante ministrationem prandii, concedo, ita tamen, ut hora 11 antequam exeant, prius fiat pulsus pro indulgentiis et statim subsequatur pulsus pro nona canonica, quam P. Sacrista ibidem in Ecclesia mox persolvet, prout apud nos in Germaniâ practicatur. - Brunæ 17 febru. 1703. F. Anthelmus Jentzke convisit^or

1704. — Annus 57us Fundationis. —

« A^o 1704. Die 1 julii accepimus Bullam Jubilæi. Patres nostri tunc in multis tribulationibus constituti, appellarunt ad ~~Brezam~~ Regem Regum, Deum Patrum suorum, pro unitate totius Reipublicæ, ut liberati a tumultu bellico, Deo intentius servire possint.

ex ch. Cap. Priori D^s Berezæ non fit mia.

1705. — Annus 58us Fundationis. —

« A^o 1705 Die 8 oct. abierunt ex hac domo, acceptis obedientiis, D. Joan. Fæcher vicarius hujus domus Dantiscum ad domum professionis suæ, et D. Adolphus Strunck prof. D^s hujus Gidlas. In vicariatu Dno Fæcher successit D. nic. Kryiwobtocki hactenus procurator hujus D^s: huic vero in procuraturâ successit D. Georgius Wienkiewicz.

Die 14 nov. ex domo Gidlensi huc missus advenit D. Dionysius Rogozowski cum charta: in quâ accepit obedientiam D. Josephus Kristeli prof. hujus D^s eundi Dantiscum.

Eodem tempore flagrabat tota Polonia et Lithuania bello: Lithuanis, Polonis, Suecis subsecuti sunt Moscí, cæteris longe discretiores: ideoque professi: dispergebantur et ad alias domos mittebantur.

Addenda:

In Ch. Cap.^a et Ch. M. D. Selec, Venator Montmirensis, singularis benefactor d'Berezæ hab. anniv. sept. cum cel. Dom. sub die obitus sui qui fuit 29 nov. 1703.

Prior d'Berezæ non fit mitra: et D. Josephus Kritelí vocat ad Domum Dantisci.

8 oct. 1705. In litteris D. Prioris Berezani ad Priorem Dantisci: „..... miserebitur fortassis, aut excusabit V. P.^{tia} vestra tarditatem meam, eo quod non citius e solitudine S. Crucis ad Paradisum emiserim V. P. Joannem Foecher vicarium emeritum hujus domus. Verum id non mihi sed injuriæ temporum adscribendum: licet enim obedientia data sit in novembri anni elapsi, hucusque non pervenit nisi 1 sept. currentis, et nec tunc satisfacere posteram ob periculum viarum, sed ad diem hodiernam differre debui dimissionem. Forsat igitur bonis avibus ad Paradisum terrestem, et in eo promereatur cælestem. Si charta advenit, saltem copiam ipsius huc transmittere rogo, ut debitis satisfacere possimus ... Dat. Berezæ 8 oct. 1705. P. Dodonus Chrzałowski Prior.

§. Idem D. Joannes Foecher pervenit Dantiscum 23 oct. et ad monasterium 25 ejusdem.

1706. — Annus 59us Fundationis. —

„A.^o 1706 D. Hugo Hostert quintus professus hujus domus, 6 annis in officio Vicarii exactis, missus est ad Domum Freidnicensem pro eodem officio vicarii.

Die 18 aprilis, Suecí combusserunt molendinum nostrum, ne tabes pons fonte exstruendo serviret Moscis. Eo tunc Rex Sueciæ Carolus XII in Cartusia nostra stabat cum universis Magnatibus seu Generalibus, exercitus vero morabatur Rossovia, occupaverunt illi omnia cubicula intus in conventu et foris, ac cellas, statuitque Rex excubias ante cellarium. Nihil quidem hostile testaverunt Suecí in hac fundatione sepichasia, siquidem Illma familia in hoc miserabili M. D. L. totiusque Regni schismate, procvalentibus ipsorum æmulis, ostonis facta, Suecis adhærere compulsa est, simul ac erat imperatamque humanitatem ab universis Suecis Generalibus et Magnatibus experta sumus. Multitudo tamen eorum ita nos oppressit, ut nec granum in horreis remanserit. Nihilque foris, quod emi erat acquisibile. Rege ignorante, iidem Suecí equos et pecora nostra tam ex prædiis quam ex

monasterio, rapina et coacta donatione, abegerunt. Advenit Rex Sueciae ad Cartusiam nostram die 28 aprilis et biduo exacto, 30 ejusdem mane hora tertia inde recessit. Non diu post huic successit Seren.mus Rex Poloniae Stanislaus I cum Ill.mo Protectore nostro; de quo infra dicetur. Notandum adhuc: quod Sueci in discessu commeatum a nobis requirebant, cui praetensioni cum essemus prorsus impares ad satisfaciendum, in aere compensationem per vim exigebant, totamque ferme argenteriam ex Ecclesia acceperunt. Cum vero neque haec suppeteret, tres ex conventu nostro Patres acceperunt ad arestum, quorum duos, nempe D. Christianum Becker coadjutorem et D. Dionysium prof.um Gidlensem, solutis 200 Imperialibus, dimiserunt, tertius vero D. Ferdinandus Billig mansit sub custodiâ: quem etiam soluta pecuniâ, post triduum tandem recepimus.

Die 1 maii mane circa horam 10am venit ad nostram Ecclesiam Sere.mus Rex Poloniae Stanislaus secundâ vice, quem conventualiter excepimus in ostio Ecclesiae cum cantico Ambrosiano, sicque cantantes ipsum deduximus usque ad chorum Conventualium. Sociatus eidem fuerat Ill.mus Dux exercituum Sapieha, Protector noster, Seren.mus Princeps Regius Alex. Sobieski, Dux Wirtenbergensis junior, filii Protectoris nostri, Ducis exercituum M. D. L. et plurimi magnates, Polonico et Suecico comitatu muniti. — Sequenti nocte 2 maii, oppidum nostrum Bereza per incuriam Suecorum inib. consistentium, ex majori parte in cineres redactum est, 170 fere domibus igne consumptis.

Mansit interea dictus Seren.mus Rex Stanislaus tota die illa et altera apud nos, valde benignus, benevolus et affabilis, dolebat de damno dicto, dolebant et Sueci, quorum complura mobilia in igne consumpta sunt, sed frustra. In festo inventionis S. Crucis mane hora quartâ, auditâ missâ, discessit Rex cum universo comitatu; deinde ultima pars, quae remanserat Suecorum secuta est, et quia nihil remansit praeter stramen a praecedentibus abjectum, ultimi frugaliter id consumpserunt.

Die 14 julii, R. Estmannus Hirtz, donatus, postquam 25 annis in ordine nostro strenue Deo militasset, vivere desiit. — Die 10 sept. venit ad cartusiam nostram Seren.mus Rex Poloniae Fridericus Augustus cum tota sua aula, et die 12 ejusdem, auditâ missâ, abivit a nobis. Fuerunt ergo hoc anno in hac cartusiâ tres Reges, quorum autem adventum et abitum non sine multo damno sensimus.

Ex chartae cap.: « Priori d. in Treidnitz non fit nia: et D. Hugonem Hostert prof. d. Berezae in vicarium semper annum a Patribus Visitatoribus institutum confirmamus. Priori d. Berezae non fit nia

1707. — Annus 60us Fundationis. —

„A° 1707 multa millia Moscorum diverterunt ad cartusiam nostram, quidam illorum erant sat discreti, Ducas vero illorum discretissimos et favorabiles experti sumus. Fortuna dictatur, pacem esse restitutam Reipublicæ.

Die 4 junii, sepulta est in Ecclesia nostra Illma Dna Palatina Vilnensis, vidua Illmi D. Paul. Sapieha, Ducis hereditarium M. D. L. nata Kopciowna; posita est ad latus Evangelii in muro juxta Illmum maritum suum. — Die 15 julii celebrata est missa in Conventu pro recenter defuncto (forte Andreä) Niemcewicz insigni benefactore nostro.

Rmus Dnus cap.: ob. D. Hugo Habstert prof. d Berezce, vicarius Dni Preidnitz. — Prior d Berezce non fit mia.

1708. — Annus 61us Fundationis. —

„A° 1708 die 29 maii denuo redierunt Tucci pro executione funalium; et cum pecunia deesset, argentum in Ecclesia collectum asportarunt, benedicat illis Dominus. Landem Patres timentes, dispersi sunt inter nobiles, et vere remanebant pro custodiä Monasterii; quia hæc horrende in Religiosos debachabantur. Hi Patres captivi abducti, redierunt, pro quibus redimendis aliqua adhuc pecunia inventa est, landem appromiserunt pacem, sed his abeuntibus, deteriores illis supervenerunt, pecora et equos abigentes. Quibus Lithuanici milites supervenerunt, ultimi quod adhuc remanserat, despoliantes. Landem V. P. Prior ex Biala cum duobus Patribus, et alii ex angulis nobilium, in Cartusiam redierunt, recuperatumque est divinum officium. D. Albanus Eich et D. Joan. Balcareck contulerunt se Brunam ad V. P. Visitatorem, ibidem dispositionem et abdicationem expectantes.

10 junii 1708. — Littera flebilis P. Coadjutoris Berezensis de desolatione Monasterii. —

Ven, in X^to Pater D. Guilhelme Loerberg, cartusiæ Dantiscanæ Procuratori. Revocat in memoriam si audierit, dementio si ignoret V. P. una, quod proxime elapsa Dominica Pentecostes acciderit nobis, quando defecerit gaudium cordis nostri, versus sit in luctum chorus noster. Cantabamus enim in primä missä = veni Sancte Spiritus, et ecce advenit officialis Tucciensis et 10 milites cum eo, qui intrantes armati Ecclesiam, custodiebant portas chori, usque dum distracte et festim finiremus incæptum officium. Quo finito nos omnes (excepto V. P. Priore

nostro, qui praemonitus a fideli quodam amico, fugerat immediate a facie arcus) acceperunt cap-
-tivos, ex quibus deficiente curru, solummodo tres, scilicet V.P. Vicarium, VV.PP. Procuratorem et
Albanum secum abduxerunt Rozanam, sub custodiâ, mandantes serio, sequenti feria 3a pro
ipsis redimendis, ex bonis Busiaziensibus a quolibet fumo exsolvi per 30 Imperiales: facit ex
65 fumis, 1950 Imperiales: o turbatio! Arca communis per diuturnum bellum evacuata,
subditi fame moriuntur, nec mora, nec occasio dabatur supplicandi. Coacti igitur ad redim-
-endos Fratres, collegimus et exsolvimus praenominatam summam, extradentes, deficiente parata
pecuniâ, ex parte argenteriam Ecclesiasticam, non tamen consecratam. His peractis et redemptis
Fratribus, sperabamus finem oppressionis; sed ecce eodem die, novi executores accesserunt
Busiazum, exigentes de novo ex quolibet fumo per 10 Imperiales. Quod videns A.V.P. Prior
noster accepit meliora Ecclesiae paramenta, et fugit in Provinciam cum 7 Patribus, me autem
relinquens cum 3 senioribus, scilicet VV.PP. Nicolao moderno Vicario, Floriano et Georgio pro
nunc procuratore, pro custodia monasterii. Nisi Dnus custodierit civitatem, frustra vigilat qui
custodit eam: Nihilominus necessaria est ~~custodia~~ cura humana, quam ego pro S. Cruce et tam splen-
-dida fundatione, etiam cum periculo vitae subire non recuso. Deus me confortet et sit merces
laborum meorum. Novos, de quibus supra, executores, magno labore et precibus cum 10 Imperiis
et paucis pecoribus contentavi et expedivi. Nunc dicitur mandatum omnibus se movendi
a nobis; ideoque speratur alleviatio aliqua, Deus ipsam confirmet. In his partibus magna
caritas frumentorum est: herbis silvestribus plurimi rustici vitam conservant. De caetero nihil hic
novi occurrit, nisi antiquae lamentationes plebis: Da pacem Domine. Ex Provinciâ jam ferme
duobus annis nullam habuimus notitiam, nec quidem chartam Capituligen. anni praeteriti
accepimus. Nescio an pacificè VV.PP. nostri Berezani illuc pervenerint, ibidemque accepta-
-buntur et morabuntur. Interim circa nos, prout fuerit voluntas in coelo, sic fiat. Si ex Germ-
-aniâ advenerint litterae mihi tradendae, rogo dignetur ad me dirigere.... Berezae 10 Junii 1708

V. Ptis vestrae servus nunc particeps in tribulationibus. fr. Christianus Beckers coadjutor mpp

Die 14 julii accepimus duas chartas Capituligen. praeteriti et praesentis anni, in quarum prima
obitus erat D. Hugonis Hostert vicarii Ds Freidnicensis, prof. Ds nostrae. — Die 20 sept. sepultus est
in Ecclesia nostra M. D. Leo Jurewicz. — Die 28 sepulta est in Ecclesia nostra m. Dna Jurewiczo-
-wna. — Die 9 nov. in die commemorationis fratrum et sororum nostrorum, mane ante sextam,
obiit pie in Dno, D. Florianus Kossowski, secundus professus hujus Ds; qui ab ipso obitu illico, Deo

miserante, totius Ordinis suffragia participavit. – Ex ch. cap. Priori D. Berezae non fit mia. –

1709. – Annus 62us Fundationis. –

« A° 1709 gratiosiora et pacatiora fuerunt tempora. Solitudo cartusiensis sub Cruce Dominica et silentium omnium virtutum custos post belli strepitus, in antiquam et s. consuetudinem reinducitur, annonae pariter fertilitas subsequitur. »

Ex ch. cap. Priori D. Berezae non fit mia. –

1710. – Annus 63us Fundationis. –

« A° 1710 Die 14 aug. rediit ex domo Gidlensi D. Adolphus Strunck, prof. D. nostrae, adducens secum D. Brunonem Perzinski, prof. D. Gidlensis, qui a tentationibus superatus, ex dicta domo fugam ceperat et ab illo in via comprehensus fuerat.

Die 11 sept. discessit V. P. Iodocus Prior noster ad V. P. Visitatorem, reduxitque simul D. Brunonem praefatum ad domum Gidlensem professionis suae pro poenitentia agenda.

Ex ch. cap.: ob. F. Estmannus, Donatus D. Berezae, cujus obitus a 2 annis non fuit denuntiatus. Priori D. Berezae non fit mia. –

1711. – Annus 64us Fundationis. –

« A° 1711 Die 9 januarii redierunt ex Provincia duo nostri prof. DD. Albanus Eich et Ioannes Balcarek: quorum primus fuit hospes in domo Waldicensi, alter in domo Olomucensi.

Die 2 maii, venit ad nos quidam Legatus (ut aiebat) Summi Pontificis extraordinarius ad Imperatorem Moscorum destinatus, cum testimoniis et magnifico apparatu. Die 3 maii, baptizatus est in nostra Ecclesia quidam adolescens Brestensis ex gente Israel, Ignatius de Szubice dictus: cui Baptismo interfuit praefatus fictitius Legatus: post paucos vero dies advenerunt litterae praefatum Legatum inquirentes, et certificantes insignem Apostatam esse. Die 23 junii redivit ex Germania V. D. Iodocus Opichal Chwalkowski Prior noster, ut ante, infirmus alias prof.us Olomucensis. – Die 9 Julii, vesperi hora nona, postquam hilariter hospites milites

accommodasset, idem D. Iodocus Prior, in cellam rediens, post quadrantem horae, ex profluvio sanguinis expiravit. — Die 29 aug. horâ octavâ mane venit tanta copia locustarum, sicuti nives densissimae cadere solent: duravitque transitus cohortis illius usque ad horam 2 pomeridianam.

ex ch. cap. Priori D. Berezae non fit mia.

1712. — Annus 65us Fundationis. —

« Ao 1712 Die 11 martii sepultus est in Ecclesia nostra M. D. Leo Bugraba.

Die 5 aug. mortuus est in horreo praedii nostri prope monasterium horâ 12 meridiei Illmus D. Marcianus Wollowicz, Maraschalcus M. D. L. — Die 29 oct. sepultus est in nostrâ Ecclesia M. D. Daniel Skinder, miles apud nos defunctus; qui etiam vivens in nos fuit munificus et misericors. Die 31 oct. venit et visitavit castrum nostram Illmus ac Rmus Alex. Wilowski Episcopus Luceoriensis et Brestensis, Loci Ordinarius; propter cujus praesentiam, in vigilia OO. SS. Patres in refectorio comederunt.

Ex ch. cap. ob D. Iodocus Opichaz prof. Dolmucensis Prior D. Berezae. Domui Berezae pastore orbatae, relinquimus electionem novi Prioris, si jam non sit facta.

Ex Annal. D. Dantisci: « D. Ioannes Foecher, coadjutor D. nostrae, sub die 4 decembris a V. P. Visitatore insitatus est Rector D. Berezae, acceptoque instrumento ad initium anni 1713 abivit Berezam. —

1713. — Annus 66us Fundationis. —

« Ao 1713 Die 28 jan. advenit tandem diu expectatus Neo-Rector D. nostrae a V. P. visitatore institutus D. Ioan. Foecher prof. et coadjutor D. Dantisci ac olim domus hujus vicarius: attulitque Breve Apostolicum, inhibens ministrare carnes hospitibus intra septa monasterii.

Die 24 dec. sepultus est in coemeterio nostro infans alicujus Dni benemeriti de conventu a principiis fundationis, qui obiit in cameris hospitum.

Ex ch. cap. — D. Ioanni Foecher prof. et coadjutori D. Dantisci, in Rectorem D. Berezae a P. Visitatore super annum nominato, non fit mia. —

1714. — Annus 67us Fundationis. —

« Aº 1714 Die 12 maii sepultus est in Ecclesia nostrâ M. D. Joan. Portawski. Die 2 julii fecit sacram professionem D. Bernardus Porenski, Silesius Ribnicensis, 15tus profus hujus Domus. Die 16 jul. mortuus est horâ 10 mane D. Nicolaus Krzyżewobłocki primus professus domus nostræ. Die 1 sept. allata est ch. capituli, in quâ D. Rector in Priorem hujus Dni instituitur. Die 2 nov. rediit Dantisco, ubi 8 annis hospitaverat D. Josephus Kristeli, profus hujus Dni.
In ch. cap. D. Joannem Poecker prof. et coadjutorem Dni Dantisci a Rdo Patre a duobus circiter annis in Rectorem Dni Berezæ institutum, professimus in Priorem dictæ Dni Berezæ. »

1715. — Annus 68us Fundationis. —

« Aº 1715 Die 28 mart. sepultus est in Ecclesia nostra nobilis D. Andreas, Administrator noster Berezensis. — Die 1 aprilis altera sepultura est subrogata Perillustris ac Rmi D. Adalberti Liskowski, Canonici Chelmensis, Parochi Berezani, munificentissimi benefactoris nostri: qui in vitâ plurimis bonis cartusiæ nostræ præsentibus, post mortem, omnia sua nobis reliquit. Pro quibus singulis annis anniversarium cum solemni gratiâ collationis (nostris temporibus Dantur Deo ova) et spatiamento celebramus. — Die 16 dec. obiit in Dno D. Albanus Lich profus sextus hujus domus.
In ch. cap. ob. D. Nicolaus Krzyżewobłocki, prof. D. Berezæ. — Priori D. Berezæ non fit-mia.

1716. — Annus 69 Fundationis. —

« Aº 1716 Die 3 maii in ipsa solemnitate S. Crucis, quidam Curlandus ejurata hæresi, fecit professionem fidei catholicæ. — Die 8 maii sepultus est in Ecclesia nostra M. D. Simon Rozani. Die 23 aug. advenit Berezam D. Christophorus Kozanecki, profus D. Gidlensis pro hospita.
In ch. cap. ob. D. Albanus Lich, profus D. Berezæ. — Priori D. Berezæ non fit-mia.
20 julii 1716. In litteris P. procuratoris Berezani ad procuratorem Dantiscæ: « ... significo quod ad hæc omnes sub S. Cruce bene valeamus, eosdem numero, quos ante annos duos, nisi quod loco V.P. Dionysii profi D. Gidlensis, successerit ex obedientiâ V.P. Christophorus. Illum miserunt ex provinciâ 3 candi-

dati quorum duo denuo meditantur reditum ad patriam, tertius vero pro statu laicali adhuc manet constans. Quoad officiales significo, quod V.P. Ferdinandus Billig agat vicarium, ego infelix adhuc procuratorem, V.P. Adolphus Strunck coadjutorem et V.P. Josephus Kristeli sacristam ....

Dat. Berezae 20 julii 1716. — F. Christianus Becker procurator —

1717. — Annus 70us Fundationis. —

« Ao 1717 Die 25 mart. in nostra Ecclesiâ sepulta est M. Dnâ Dorothea Glewska. — Die 17 julii venit ad cartusiam nostram D. Ambrosius Sturmb prof.us D. Gemnicensis. — Die 24 aug. fecit sacram professionem D. Casimirus Feske Habelschwertensis ex comitatu Glaunsi. — Die 24 dec. sepultus est in coemeterio nostro D. Christophorus Rozanecki, prof.us D. Gidlensis, hic hospes.

In ch. cap. & ob. R.mus ac Perillustris DD. Adalbertus Liskowski canonicus Chelmensis, Decanus Szeresoviensis, Parochus Berezensis, singularis benefactor D. Berezae, hns anniv. perp. scrib. in cal. dom. sub die obitus sui, qui fuit 29 martii anni 1715. — Priori D. Berezae non fit mia.

Et cum jam inde ab aliquot annis 3 domus Poloniae non fuerint visitatae, et P. Visitator aetate sua provecta et corporis invaletudine fuerit praepeditus, ab his visitandis se excusaverit, mandamus P. convisitatori, ut praefatas domos sine ulla dilatione, statim recepta charta visitet cum socio a se eligendo. »

1718. — Annus 71us Fundationis. —

« Ao 1718 Die Coenae Domini instituitur sacrista D. Ambrosius Sturmb prof.us D. Gemnicensis. In ch. cap. ob. D. Christophorus Kozanecki prof. D. Gidlae, hospes Berezae. — Priori D. Berezae non fit mia.

1719. — Annus 72us Fundationis. —

« Ao 1719 Die 3 aprilis pie obdormivit in Domino D. Bernardus Poremski prof.us 15us hujus domus. — In ch. cap. — Priori D. Berezae non fit mia. — »

1720. — Annus 73us Fundationis. —

« Aº 1720 Die 14 martii sepulta est in nostra Ecclesia M. D. Joanna Darnalowiczowna Benefactrix nostra. — Die 30 mart. advectum est corpus pie defuncti Illmi Casimiri Sapieha Palatini Vilnensis Ducis exercituum M. D. L. quod per festa paschalia in Ecclesia expositum stetit, et feria 4a Paschae sub silentio ad cryptam sub sacello S. P. N. Brunonis depositum est. Die autem 17 aprilis exequia pro animâ ipsius celebratae sunt. Fuit hic a 54 annis Protector domus nostrae.

Die 5 junii sepulta est in Ecclesia nostra M. D. Apollonia Postawezina.

Ex ch. cap. — Priori d. Berezae non fit mia. —

1721. — Annus 74us Fundationis. —

« Aº 1721 Die 15 aug. fecit sacram professionem D. Dominicus a Bombek, Varmiensis genere nobilis de Boemen-höven. — Die 29 oct. acceptis a V. P. Visitatore obedientiis, abivit Dantiscum ad hospitatum ibidem D. Adolphus Strunck profus et coadjutor d. nostrae: in cujus locum die 22 dec. huc venit D. Augustinus Klicznick profus d. Dantisci.

Ex ch. cap. ob. D. Bernardus Poremski, prof. d. Berezae. — Priori d. Berezae non fit mia.

1722. — Annus 75us Fundationis. —

« Aº 1722 Die 5 maii obiit R. D. Joannes Maslowski, Parochus Berezanus nobis molestus et inquietus, et quia in excommunicatione mortuus fuerat, corpus ejus ad interim obiter terrae demandatum est, atque ulteriori Episcopali dispositioni reservatum. Die tandem 18 junii, ejusdem D. Parochi tomba e profana terra eruta est, corpusque ejusdem a Rmo D. Decano Szeresoviensi excommissione Illmi Episcopi Loci ordinarii in praesentiâ cleri, virgis caesum, ad coemeterium delatum fuit, atque ibidem in conspectu parochianorum, denuo virgis caesum, prout ipsemet adhuc vivens desideraverat, et sic reconciliatum, sepultum est, virgis super tumulum relictis.

Die 12 junii advenerunt VV. PP. Visitatores provae Alemae superioris D. Josephus Kaistali, Prior d. Gemnicensis Visitator, et D. Casparus Ubigs Prior d. Seitzensis convisitator, dieque 15 junii inceperunt actum visitationis, et die 30 junii finiverunt, ac sumpto prandio, hinc

abiverunt, ducentes secum D. Ferdinandum Billig, professum et hactenus vicarium domus hujus, cui contulerunt Vicariatum D.s Gidlensis. In ejusdem locum vicarius D.s hujus institutus est D. Ambrosius Sturmb prof. D.o Gemnicensis.

Die 24 julii venit huc ad hospitandum D. Paulus Polaszek, primus prof.us et antiquior D.s Gidlensis, in locum D. Ferdinandi praedicti. — Die 15 sept. advectum est corpus Ill.mae DD. Marianae Marchionissae de Bethune, consortis Ill.mi D. Sepicha, mareschalci M. D. L. et 16 ejusdem in crypta S. P. Brunonis sepultum. — Die 6 oct. fecit sacram professionem D. Wilhelmus Andreae Coloniensis, prof.us 19.us domus nostrae. Hoc ipso anno coacti fuimus dare in subsidium domui Seitzensi mille flor. Rhenens.

In ch. cap. Priori D.s Berezae non fit mia. —»

1723. — Annus 76.us Fundationis. —

« A.o 1723 Die 4 aprilis, obiit M. D. Nic. Manczewicz; qui plurima bona vivens nobis praestitit et in morte omnia sua legavit singularis Fautor D.s nostrae. Idem die 5 ejusdem sepultus est hic in crypta S. Antonii. — Die 22 maii incepta est dealbatio Ecclesiae ab intro.a; et 20 junii inceperunt murarii fabricam turris majoris, et 17 aug. fabri lignarii imposuerunt crucem; habuimusque gratiam et colloquium. — Die 6 julii mortuus est D. Paulus Polaszek prof. D.s Gidlensis, hic hospes, et die 7 ejusdem sepultus. — Die 9 dec. sepultus est in Ecclesia nostra M. D. Georgius Darnalowicz, Benefactor noster.

In ch. cap. D. Ferdinando Billig, prof.o D.s Berezae et vicario D.s Gidlensis, a R.do P. super annum in Priorem dictae D.s Gidlae instituto, non fit mia. Priori D.s Berezae non fit mia: Et D. Ambrosium Sturmb, prof. D.s Gemnicensis a PP. Visitatoribus in actu visitationis in vicarium institutum confirmamus. »

1724. — Annus 77.us Fundationis. —

« A.o 1724 Die 17 jan. mortuus est D. Georgius Wienkiewicz tertius prof. D.s nostrae et altera die sepultus. — Die 1 aug. erectum est altare novum S. M.ae Magdalenae in Ecclesia nostra. Die 30 sept. abscessit hinc D. Ambrosius Sturmb, vicarius D.s hujus, prof.us D.s Gemnicensis,

Olomucium pro vicario. In cujus locum Berezæ institutus est vicarius D. Casimirus Peske prof. domus.
Die 1 dec. novitius (Hugo Schotner) lychnos ex emunctoriis projecit post stalla chori, quæ circa horam 8 noctis erupuerunt in flammam: ex quâ consumpta sunt duo stalla in choro, graduale psalterium et agenda: et nisi Prior hospitibus oneratus, ad hucvigilasset, majora indubie mala seu damna accidissent.
Die 13 dec. promulgatum est Jubilæum universale Benedicti Papæ XIII.
Ex ch. cap. ob. D. Paulus Polaszek prof. et antiquior D. Gidlæ, hospes in domo Berezæ.
Priori D. Berezæ non fit mia. —»

1725. — Annus 78us Fundationis. —

«Ao 1725 Ad finem mensis augusti translata sunt altaria S. Antonii et S. Barbaræ ad ultimas columnas Ecclesiæ nostræ, quæ hactenus steterant ad medias: et in horum locum erecta sunt altaria S. Josephi et S. Mæ Magdalenæ.
Die 26 dec. fecit sacram professionem D. Hugo Schotner, Glacensis. +.
Ex ch. cap. Priori D. Berezæ non fit mia. Et mandamus PP. visitatoribus, ut frequentius domos Poloniæ visitent, vel per seipsos, vel per alios, ab ipsis ex consensu Rdi P. deputandos. —

1726. — Annus 79us Fundationis. —

«Ao 1726 Die 10 jan. D. Stanislaus Haberman, prof. D. nostræ, obtenta obedientiâ, transtulit se ad cartusiam Dantiscanam. In cujus locum huc missus D. Henricus Haberti prof. D. Dantisci, advenit 12 februarii. — Die 12 febru. sepultus est in Ecclesia nostra M. D. Franciscus Padkowski in crypta S. Antonii. — Die 3 maii, fecit sacram professionem D. Bernardus Cidzik, Lithuanus nobilis. — Eodem die, combustum est molendinum nostrum retro oppidum Berezanum.
Ex ch. cap. ob. D. Georgius Wienkiewicz, prof. et antiquior D. Berezæ, cujus obitus anno præterito non fuit denuntiatus. — Priori D. Berezæ non fit mia. »

1727. — Annus 80us Fundationis. —

« Aº 1727 Die 13 martii mortuus est D. Iacobus Wiatrowski prof. Dⁿ nostræ. — Die 2 junii fecit sacram professionem D. Bruno Gorecki, Silesius Chessinensis. — Die 23 junii rediit ex domo Dantiscanâ D. Adolphus Strunck, profᵘˢ Dⁿ nostræ. — Die 8 sept. fecit sacram professionem F. Mathias Paderewski conversus. — Die 14 sept. fecerunt sacram professionem DD. Christophorus Frans. Lipspringensis, et Leonardus Iacquemotte Confluentinus. —

Die 21 oct. hinc translatus est Gidlas D. Augustinus Klieznick profᵘˢ Dⁿ Dantisci.

In ch. cap. — Priori Dⁿ Berezæ non fit mia. »

1728. — Annus 81ᵘˢ Fundationis. —

« Aº 1728 Die 13 mart. V. D. Ioannes Foecher, Prior domus nostræ accepit sacram Unctionem, et obdormivit pie in domino, alias professus Dⁿ Dantisci. — Die 1 julii venerunt VV. PP. Visitatores D. Casparus Ubigs Prior Dⁿ Seitzensis convisitator, et D. Anthelmus Fournier Prior Dⁿ Olomucensis in socium assumptus: qui die 3 julii inceperunt actum visitationis. Die vero 8 julii celebrata est missa de Spiritu Sᵗᵒ in conventu pro felici electione novi Prioris, quam cantavit V. D. Prior Olomucensis. Qua finita ingressi Capitulum, incepimus electionem, erant votantes 12: et in primo scrutinio inventus est 7 votis electus D. Ferdinandus Billig, profᵘˢ Dⁿ nostræ pro tunc Prior Dⁿ Gidlensis. Die 10 julii Neo-electus in Capitulo fuit confirmatus. Et hæc est prima electio, quam domus nostra a prima fundatione suâ celebravit, atque primus Prior ex professis domus. Die 12 julii finitus est actus visitationis et electionis. Ipsoque die, sumpto prandio, VV. PP. Visitatores abiverunt Gidlas, assumentes secum P. procuratorem pro adducendo Neo-electo. Die 9 aug. advenit Neo-electus comite P. procuratore Berezam, et facta est lætitia magna in populo in die illa.

Die 12 sept. celebravit primitias D. Hugo Schotner, die 29 sept. D. Bened. Cidzik, et 15 oct. D. Bruno Gorecki. — Die 16 dec. obdormivit in Dnō D. Ioannes Balcarek, prof. Dⁿ nostræ. Hoc ipso anno multa signa futuræ amentiæ edidit D. Christophorus Frans.

In ch. cap. Priori Dⁿ Berezæ non fit mia. —

1729. — Annus 82ᵘˢ Fundationis. —

« Aº 1729. Die 7 martii, nocte intravernt lupi proedium nostrum Beregsanum et jugulaverunt 13 pecora vernuta. — Die 13 martii accepit obedientiam D. Dominicus Bombek prof. Dⁿ nostræ pro officio procuratoris in domo Giulensi exercendo; atque mox illuc se transtulit.

Die 5 maii sepultus est in ecclesia nostra M. D. Josephus Glerecki. — Die 24 aug. Dis cessit D. Wilhelmus Andreæ coadjutor ad V.P. Visitatorem Germaniæ: cui in eodem officio successit D. Bruno Gorecki. — Die 3 nov. hinc abiit ad domum Dantiscanam professionis suæ D. Rever. Huberte. Die 21 nov. D. Christophorus Frans in amentia exivit terminos cartusiæ, sed revocatus et inventus est. — Die 15 dec. reversus est ex domo Gedanensi D. Stanislaus Haberman prof. Dⁿ nostræ.

In ch. cap. — ob. D. Joan. Foecher, prof. Dⁿ Dantiscani, Prior Dⁿ Beregsæ.

D. Ferdinando Rillig, prof. Dⁿ Beregsæ et Priori Dⁿ Giulæ super annum a conventualibus dictæ Dⁿ Beregsæ in Priorem electo et a Rᵈᵒ P. confirmato, non fit mixta.

Hoc anno etiam F. Renatus donatus Dⁿ Beregsæ, missus est Giulas pro hospite. »

1730. — Annus 83ᵘˢ Fundationis. —

« Aº 1730 die 13 sept. ex domo Giulensi rediit D. Dominicus Bombek, in cujus comitatu erat D. Felicissimus Brancher, prof. Dⁿ Leitzensis, huc pro hospite missus. — Die 6 oct. in nostra ecclesia celebravit primitias Rᵐᵘˢ D. Dominicus Nornicki, ecclesiasticus, in præsentia suæ consanguinitatis.

In ch. cap. Priori Dⁿ Beregsæ nox fit mixta. »

1731. — Annus 84ᵘˢ Fundationis. —

« Aº 1731, die 2 februarii abjurata hæresi, professionem fidei catholicæ fecit in nostra ecclesia generosus miles Pomeranus. — Die 24 aprilis, sepultus est in nostro cœmeterio retro sacristiam M. D. Laur. Cizik more ordinis. — Die 6 maii publicatum est Jubilæum universale Clementis Papæ XII. — Die 8 maii hora sexta vesp. mortuus est D. Casparus Woptner, prof. 8ᵘˢ et antiquior domus nostræ. Die 13 junii lecta est ch. Capitali gen. in qua jubetur D. Leonardus Pacquemotte, prof. Diaconus Dⁿ nostræ, ire ad domum Dantiscanam.

Die 2 julii, 14 domus ex oppido Beregsensi combustæ sunt. — Die 14 sept. in nostra

Ecclesia fuit baptizatus Caetani Berezensis filius, et die 6 oct. ejusdem filia ejus baptizata est.
Die 21 oct. fecit sacram professionem D. Joannes Cink, Bohemus Hainschonauviensis,
die 13 nov. acceptâ obedientiâ, hinc abivit Waldiburgum D. Hugo Schatner profus Domus,
ita ch. cap. Prior Dr Berezoe non fit mia: et D. Leonardus vadat ad Domum Dantiscí. »
obiit Illmus et Excellmus D. Renedictus Sapieha, comes in Rickow, M. D. L. olim Thesaurarius,
singularis fautor et ex familiâ Fundatorum Cartusiae Berezensis, hab. anniv. perp. cum lect.
Dom. sub die obitus sui, qui a multis annis non fuit denuntiatus. »

1732. — Annus 85us Fundationis. —

« Aº 1732, die 11 febr. hora IIa ante meridiem obiit D. Adolphus Stumeck, profus Domus nostroe.
Die 21 junii rediit ex Domo Dantiscana Berezam D. Leonardus Jacquemotte, ipse frustratus,
infirmus abivit et redivit. — Die 19 julii, erecta sunt nova altaria S. Crucis et B. V. IIae.
Die 15 aug. venerunt VV. PP. Visitatores, D. Jacobus Klapper Prior Dr Freidbergensis in visitator,
et D. Joannes Jenumb, Prior Dr Byggbacensis in socium assumptus: et die 23 aug. finiverunt actum visitationis atque 24 ejusdem abiverunt. — Die 25 aug. ex Cartusia Byggbacensi Domum rediit D. Wilhelmus Hadrea, rediit pariter ex Domo Gidlensi Domum Donatus
noster Fr. Renatus Menanteau. — Die 23 oct. attulerunt ad nostram Ecclesiam corpus
Illmi D. Georgii Sapieha Palatini Mscislaviensis et olim Vexilliferi M. D. L., qui Varsaviae mortuus fuit
ita ch. cap. et D. Caspar Hestener profus Dr Berezoe.
et D. Adolphus Stumeck profus Dr Berezoe, hus miss. de B. M. in Provus Blam. sup. inf. et Rheni,
Priori Dr Berezoe non fit mia. —

1733. — Annus 86us Fundationis. —

« Aº 1733, die 6 jan. celebravit primitias D. Leonardus Jacquemotte, profus Dr nostroe.
Die 16 aprilis sepultus est in Ecclesia nostra, in crypta S. Casimiri, M. D. Casimirus Nornicki
Sakiewicz, Vexillifer Osmianensis. — Die 16 junii sepulta est in crypta S. P. N. Brunonis,
Domicella Christina Sapiezyna, filia Illmi Comitis Sapiehae Capitanei Wilkowiensis. Die
30 junii, sepulta est Mr. D. Sophia Godwilowiczowna Nornicka, in crypta S. Casimiri.

Die 31 oct. venerunt ad oppidum nostrum 17000 cosaccorum: quibus omnia necessaria ministrare compulsi fuimus. Die 14 nov. denuo advenerunt 18000 cosaccorum, neque illis recusavimus necessaria deesse. His alii successerunt, sed Deo protegente, nihil mali tentaverunt. Ex ch. exp. Priori D. Berezae non fit mia. »

1734. — Annus 87us Fundationis. —

« Ao 1734, Die 24 jan. pie obdormivit in Dno D. Christianus Becker, prof. et procurator domus nostrae a 24 annis, qui laudabiliter vixit, et huic domui multum profuit.

Die 28 jan. accepit extremam Unctionem, et die 30 ejusdem pie obiit D. Felicissimus Brancher, profus Dr Seitzensis, hic hospes. — Die 18 maii sepultus est in nostro coemeterio D. Christophorus, sculptor saecularis, qui aliquot annis in cartusia hac laboravit. Die 20 maii inceperunt murarii pavimentum Ecclesiae lapidibus sectis sternere et exornare. Die 8 julii sepultus est in Ecclesia nostra, in crypta S. Casimiri, M. D. Stanislaus Cidzik. Die 31 julii introductus est in Parochiam Berezae Perillustris ac Rmus D. Josephus Dtugopolski canonicus Kijoviensis. — Die 14 aug. fixere tentoria in campo occidentali cartusiae nostrae 2000 Equitum Lithuanorum et 500 pedites, sub commenda Illmi D. Pociey, Vigiliarum Praefecti M. D. L. Die 19 aug. oriente sole, Mosci, Tartari, Cosaci et Calmuci Grodna insperate venientes, Lithuanos in campo cartusiae nostrae versus Bludnam commorantes, evocaverunt Sielecium, ubi post aliquot horarum certamen, mosci obtinuerunt victoriam, caesis utrinque 500 (1000 alii asserebant) viris. Cesserunt que omnes Lithuanorum currus, seu impedimenta bellica Moscis in praedam. Quidam officialis Lithuanus referebat se plus quam 14000 flor. fortunae suae in hoc praelio amisisse. Corpora occisorum nuda multis diebus insepulta jacuerunt. Die 21 aug. venit officialis cum 50 moscis ad cartusiam nostram, missus ab Illmo Oginski, Palatino Trocensi, ut annotaret omnium nobilium deposita in conventu nostro latentia, suo tempore, si ultimam ruinam evitare velimus, extraedenda.

Die 22 aug. celebravit primitias D. Joannes Cink, profus Ds nostrae. Die 11 sept. apposita sunt scamna in Ecclesia nostra. Die 14 sept. celebravit primitias R. D. Nornicki Bartholomita, ad altare S. Crucis. Circa finem anni praesentis, transitus Confoederatorum et Moscorum vexarunt has regiones et damna haud pauca intulerunt: cura tamen officialium nostrorum, nobis nihil

mali accidit. Ex ch. cap. Priori d. Berezoe non fit mia.

1735. — Annus 88us Fundationis. —

« A° 1735 Die 1 jan. 600 milites in nostris bonis stationem fixerunt. Die 11 martii venit Illmus D. Petrus Sapieha Dapifer M. D. L. cum 600 militibus ad cartusiam nostram: quibus uti antecedentibus omnia necessaria praebere debuimus. — Die 25 julii occisus est penes turriculam horti nostri versus civitatem Pictor noster, Germanus, a Polono Lubanski, Administratore Berezano. Die 23 sept. sepultus est in nostra Ecclesia, in crypta majoris altaris M. D. Andreas Dunin Borkowski, S. R. M. et M. D. L. Colonellus.

ex ch. cap. ob. D. Christianus Beckers prof. et procurator d. Berezoe,
ob. D. Felicissimus Brancher prof. d. in Seitz, hospes d. Berezoe } quorum obitus anno praeterito non fuit denuntiatus.

Priori d. Berezoe non fit mia. »

1736. — Annus 89us Fundationis. —

« A° 1736 Ad initium hujus anni miles Polonus et Moscoviticus novas stationes in bonis nostris fixit. Die 4 mart. retro Berezam pontes novos Mosci exstruxerunt, quos antea Lithuani destruxerunt et combusserunt. Die 16 mart. D. Christophorus Frans prof. d. nostrae, usu rationis destitutus, abiit, erupit, evasit: neque posthac amplius inventus est.

Die 14 oct. obiit pie in Dño V. P. D. Ferdinandus Billig profus et Prior d. nostrae, qui discretione et pietate excelluit. — Ex ch. cap. Priori d. Berezoe non fit mia. »

1737. — Annus 90us Fundationis. —

« A° 1737 Die 2 martii advenit Diploma a Rdo P. Generali, quo D. Dominicus a Bombek, prof. et vicarius d. nostrae, in Priorem ejusdem institutus est: qui proinde die 5 martii more consueto installatus est. — Die 30 mart. ex cartusia Waldicensi rediit D. Hugo Schotner prof. domus nostrae, et cum illo simul advenerunt, huc per obedientiam missi DD. Carolus Pohl et Hugo Tegl, professi d. Gidlensis. — Die 2 aprilis fecerunt sacram professionem DD. Franciscus

Pasieka, Antonius Habicht et Thomas Kober, moravi omnes tres. — Die 8 aprilis mortuus est D. Carolus Pohl prof.us D. Gidlensis, in cameris hospitum, antequam cellam ingressus esset, et postridie sepultus. — Die 15 oct. ex negligentia Administratoris combusta est aula nostra in Zabawie.

Ex ch. cap. — ob. D. Ferdinandus Billig prof. et Prior D. Berezoe, alias Prior D. Gidloe.

Dno Dominico Bombek, prof.o et vicario D. Berezoe, in Priorem ejusdem D. a R.do P. super annum instituto, non fit mia.

1738. — Annus 91.us Fundationis. —

« A.o 1738, Die 15 febr. sepultus est m. D. Franc. Pruszynski in crypta S. Antonii. Die 24 febr. celebravit primitias D. Franciscus Pasieka, prof.us D. nostroe. — Die 12 julii lecta est ch. Capituli gen. in qua ad propriam instantiam, ab officio Prioris absolutus est D. Dominicus a Bombek, et in ejus locum institutus est D. Bruno Gorecki hactenus coadjutor hujus domus: absoluto injunctum officium coadjutoris. Per eamdem chartam etiam vicarius novus hujus D.s institutus est D. Carolus Korais prof.us D. Gemnicensis, ad cujus adventum protinus ad domum professionis suae Gidlas remissus est D. Hugo Egl, hic hospes.

Hac aestate inaurata sunt nova altaria S. Crucis et B. V. M.ae. — Die 14 sept. celebravit primitias D. Antonius Habicht et 6 oct. D. Thomas Kober.

Emanavit hoc anno a SS. D. N. Decretum Indulgentiarum pro festo S. P. N. Brunonis.

Ex ch. cap. ob. D. Carolus Pohl, prof.us D. Gidloe, hospes D. Berezoe.

Priori D. Gemnicensis non fit mia. Et D. Carolus Korais procurator ibidem, vadat ad domum Berezensem, ibique exerceat officium vicarii. — Priori D. Berezoe ad suam maximam instantiam fit mia: Et praeficimus in Priorem dictae D.s D. Brunonem Gorecki prof. et coadjutorem ejusdem D.s Et Prior absolutus exerceat officium coadjutoris. Et D. Hugo Egl revertatur ad domum Gidlensem suae professionis. »

1739. — Annus 92.us Fundationis. —

« A.o 1739, Die 28 jan. pie obiit D. Leonardus Jacquemotte prof.us D. nostroe.

Per aestatem denuo magna pars Ecclesiae nostrae strata est lapidibus sectis. —
Ex ch. cap. ob. D. Leonardus Pacquemotte, prof.us D. Berezae — Priori D. Berezae non fit mia. »

1740. — Annus 93us Fundationis. —

« A° 1740. Die 23 maii ante matutinas inventus est mortuus D. Stanislaus Haberman, prof.us D. nostrae, qui dormiendo obdormivit in Dno: ipsa autem die celebravit ad altare S. Barbarae. — Die 6 aug. ad instantiam publice in Capitulo factam, ab officio coadjutoris absolutus est D. Dominicus a Bombek; in cujus locum mox suffectus est D. Hugo Schotner. Die 19 aug. sepultus est in Ecclesia nostra M. D. Matthias Poterzicki in crypta majoris altaris. — Die 16 dec. fecerunt sacram professionem DD. Bernardus Kuszel Silesius Reichenoviensis, et Anthelmus Schindler moravus Neo-Tinicensis.
Ex ch. cap. Priori D. Berezae non fit mia. —

1741. — Annus 94us Fundationis. —

« A° 1741. Die 26 jan. sepultus est in Ecclesia nostra crypta majoris Altaris, M. D. Michael Galinski, vicinus noster ac bonus amicus: cujus officium a nostris, a PP. Basilianis et Ecclesiasticis est persolutum: missae privatae vix post primam pomeridianam finitae sunt. Die 25 aprilis sepultus est in coemeterio nostro D. Fridericus Thiel, Varmiensis Administrator Berezanus: qui ex sola apprehensione absolutionis mortuus fuerat.
Die ~~25 aprilis~~ 6 martii M. P. Prior noster Bruno Gorecki discessit ad Capitulum gen. Pridie autem in capitulo suum proposuit discessum, et quare hoc iter susciperet: nimirum quia in multis accusatus, ut se purgare posset ab objectis. Sed non pepercit sumptibus tanti itineris.
Die 19 martii incepit Jubilaeum universale Benedicti Papae XIV, duravitque usque ad 1 aprilis.
Die 29 junii, D. Hugo Schotner coadjutor domus nostrae, propria authoritate, obviam (ita excusavit iter suum) perrexit D. Brunoni Priori ex Capitulo gen. revertenti, iter per Brestam versus Varsaviam capiens. Sed cum in via parum honeste ageret, a quibusdam Nobilibus comprehensus, Sacrae Nunciaturae traditus est Varsaviae. Missus illico post ipsum D. Benedictus Cidzik procurator, qui illum domum feliciter reduxit, ubi usque ad adventum D. Prioris, carcerem mancipatus

est. Die 24 sept. rediit tandem (postquam Parisios et universam pene Franciam, Lotharingiam, Germaniam cis Rhenum, Mosellam, lustrasset, indeque longo circuitu Austriam, Bohemiam, Silesiam, Polaniam suam, peragrasset, et quae immensas peregrinas dilapidasset) D. Prior Goraldi ex Capitulo gen., qui D. Hugonem in carcere detentum, arctiori custodiae mandavit.

Die 14 nov. notabile factum commissum est in Depositorio nostro: aromata, utensilia, varia supellex et vestimenta ablata sunt.

Ad finem anni praesentis nonnullae aedes in oppido nostro Berezae combustae sunt. In ch. cap. ob. D. Stanislaus Habermas, sup. D. Berezae. — Priori D. Berezae non fit mia. »

1742. — Annus 95us Fundationis. —

« Ao 1742. Die 1 jan. fecit sacram professionem D. Paulus Zeisberger, moravus Budischoviensis. Die 18 jan. sepultus est in nostra Ecclesia M. D. Antonius Nowicki, noster Agens causarum. Die 13 junii copulata est in nostra Ecclesia ad altare S. Crucis, per Rmum D. Josephum Stugopolski Canonicum et Parochum Bezeranum, vidua relicta D. Catharina Galinska cum m. d. Wereszaka Vexilifero Brestensi. — Die 19 nov. fecit professionem fidei catholicae egregius adolescens Jacobus Thiel, pie defuncti Administratoris nostri filius. In ch. cap. Priori D. Berezae....

Die 25 aug. D. Georgius Schwang et Prior D. Dantisci cum socio sibi assumendo, a Rdo P. constituitur Commissarius ad visitandam domum Bregensem. Qui pro facultate sibi concessa elegit in socium D. Priorem Gidlensem: priusquam, per litteras negotium confecerat, res usque ad februarium anni sequentis protracta est. »

Instrumentum commissionis pro Priore Dantisci ad visitandam domum Berezanam. —

Fr. Michael Prior Cartusiae, totiusque Ordinis Cartusiensis Minister Generalis, Venerabilibus in Xto Patribus D. Georgio Schwang et Priori D. Dantisci et socio sibi assumendo, salutem et Angelos Dei in itinere comites. —

Jam dudum, de domo Berezana ad nos pervenerunt querimoniae, quae cum in dies augeri videantur, illuc quo primum modo, descendere tandem statuimus, ut cognita tot delationum causa, ingruenti eis opportunius remedium. Quia vero VV. PP. visitatores Provae, propter bellicos tumultus et imminentia in tam longinquo itinere pericula, ad praefatam domum non possunt accedere

oculos nostros in vos conjecimus, tanquam in viros experientiâ et probitate conspicuos, ut in nomine nostro dictae domui regularis visitationis beneficium pro hac vice conferatis, et omnibus diligenter et ad pondus sanctuarii perpensis, debitam unicuique justitiam, absque ullâ personarum acceptione reddatis. Idcirco tenore praesentium, nostraque ac Capituli gen. authoritate super annum in nos transfusâ, praefatae D. Berezae visitationem in utroque statu faciendam vobis committimus, eamdem quoad hoc vobis impertientes authoritatem, quae per Statuta nostra Visitatoribus ordinariis tribuitur, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sti. Amen.

Accingimini igitur ad opus vobis demandatum, et Jerusalem illam scrutamini in lucernis ut inde tollatur quidquid pacei illius domûs officere potest, et unioni, quae inter caput et membra existere debet, aliquod vel minimum ponat offendiculum. Ad quod rite adimplendum, opulentum de coelo vobis apprecamur auxilium. Dat. Cartusiae sub syngrapho et sigillo consuetis, hac 25 aug. 1742.

Fr. Michael Prior Cartusiae mpp. Fr. Joannes Bta Battey Scriba Rdi P. et Capti gen.

1743. — Annus 96us Fundationis. —

„ Ao 1743 Die 16 jan. sepultus est in Ecclesia nostra M. D. Mich. Jelenski, in crypta S. Barbarae. Die 21 februarii obiit fr. Renatus Menanteau, Gallus, donatus domus nostrae, et postridie sepultus est. Die 25 febr. post vesperas advenerunt VV. PP. Commissarii a Rdo P. Generali super annum deputati, D. Georgius Schwengel Prior D. Dantisci, et D. Sixtus Raius Prior D. Gidlensis qui 28 ejusdem inceperunt actum visitationis. Hanc ipsam visitationem decoravit (et haud parum retardavit) praesentia Loci-Ordinarii Illmi ac Rmi DD. Francisci Kobielski Episcopi Luceoriensis et Brestensis: quem inchoato ante valvas Ecclesiae Ambrosiano Cantico, usque ad majus altare introduximus. Hic eodem adhuc die, celebrans in sacello S. P. N. Brunonis, contulit FF. nostris junioribus, DD. Bernardo Kuszel, Anthelmo Schindler et Paulo Zeisberger, tonsuram, 4 minores ordines et subdiaconatum, die sequenti diaconatum, die tertiâ Presbyteratum, dispensans ad biennium in defectu aetatis D. Pauli Zeisberger. Idem quotidie finitâ missâ, sermonem habuit ad populum de sacramento confirmationis, et prima die post meridiem, ab ipso confirmatae sunt personae 70 omnes praeter unicam Graeci ritus, die altera 20. die tertia 11. Die secunda ab eodem etiam in Ecclesia nostrâ baptizata est quaedam Hebraea virgo, et nominata Francisca Petronilla

Lipinska: quam de Baptismo levaverunt Patrini, Ill.mus et Excell.mus D. Petrus Sapieha Dapifer M. D. L. et Perillustris Dna Catharina Wereszakowa ac M. Dna Joanna Heraimowa. Post idie eadem neo-christiana etiam confirmata est. Die tertia ebiit Ill.mus Loci ordinarius. Postquam illico advenit ad cartusiam nostram Celsissimus Princeps Wisniowiecki, supremus Dux exercituum M. D. L. cum sua celsissima consorte, 60 circiter curribus et 300 plus minus hominibus, substititque ibidem per triduum. Bis itidem stante visitatione accessit ad cartusiam nostram Ill.mus Dapifer supradictus cum aula sua. Nuntii multi cum litteris praecipuorum Magnatum Lithuaniae ad VV. PP. Commissarios submissi sunt pro parte D. Prioris, ne videlicet ab officio absolveretur. Taceo reliquas molestias a D. Priore conflatas. Tot et tantos strepitus VV. PP. Commissarii pertoesi, intendebant cellam vacantem in conventu intrare et ibidem scrutinium continuare, actumque visitationis finire. Post immensas turbationes tandem finiverunt visitationem, die 14 martii, ac sumpto prandio, mox abiverunt. Hoc ipso die a Patribus Commissariis D. Carolus Korais, prof. D. Gemnicensis, absolutus est a vicariatu, et in ejus locum suffectus D. Casimirus Peschke, prof.us D. nostrae, et D. Dominicus a Bombek missus est Gidlas ad hospitandum ibidem. — Status domus talis fuit: monachi incluso D. Priore erant 15, laici 4:

1. D. Bruno Gorecki Silesius,	aetas 47, prof. D. Prior	11. D. Antonius Halicht, moravus	aetas 31
2. D. Carolus Korais, moravus	44 prof. D. Gemnic. Vic.	12. D. Thomas Kober, moravus	28.
3. D. Josephus Kristeli, moravus	69 prof. D. antiquior.	13. D. Bernardus Kuszel, Silesius	26
4. D. Casimirus Peshke, Bohemus	47 prof. D.	14. D. Anthelmus Schindler, moravus	24
5. D. Dominicus Bombek, Varmiensis	43, prof. D. infirmus	15. D. Paulus Zeisberger, moravus	23
6. D. Wilhelmus Andreae Coloniensis	48 prof. D.		
7. D. Hugo Schotner, Bohemus	36 prof. D. incarceratus		
8. D. Benedictus Cidzick, Lithuanus	45 prof. D. Procurator		
9. D. Joannes Link, Bohemus	34 prof. D. coadjutor		
10. D. Franciscus Pasieka, moravus	31 prof. D. sacrista		

professi D.

Fratres laici

F. Mathias Paderewski, Lithuanus	60,	conversus
F. Franc. Komorowski, Lithuanus	63	Donati
F. Martinus Greber, Varmiensis	36	
F. Stanislaus Krol, Bohemus	39	

Charta Visitationis domus Berezae.

In nomine ter Ss.mae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus S.ti Amen. A.o D.ni 1743, die vero 25 mensis februarii et sequentibus, nos humiles Fratres infrascripti, Priores domorum Dantisci et Gidlensis, satagentes mandato speciali R.di Patris nostri, ut decet filios obedientiae, obtemperare

et munus impositum visitandae domus Berezanae adimplere illuc media hyeme inter saevientia frigora properavimus, et ad vesperam praefatae diei, superatis viarum difficultatibus, protegente nos benignissimo Deo accedentes, reperimus navim istam Berezam, S. Crucis titulo insignitam, Gubernatore ejusdem jam in multum tempus absente, periculosis dissidiorum fluctibus agitari, audivimusque ab omnibus ferme navi inclusis una voce in prima salutatione vix quicquam aliud ingeminari, quam uti nunc nobis praesentibus, ita in majorem anni partem personali Gubernatoris praesentia navim istam destitutam, relictosque in navi omni periculo expositos esse, et vix aliquando vultus aspectu et alloquio Gubernatoris sui laetari. Blandè ipsos allocuti et consolati sumus, spem ipsis injicientes, de redituro ad nostram requisitionem illico Priore, et interim, postquam in tertiam diem adventum illius gratis expectavimus, opus ministerii nostri auspicati sumus. Biduum in scrutinio explentes, tandem de reditu illius laetati sumus. Considerantes vultum ejusdem, advertimus, advertimus illum esse, qui a capitulo gen. ante annos prope 5 gubernaculo navis hujus applicatus est, videlicet V^dum in X^to P. D. Brunonem Gorecki, virum vegeta corporis constitutione ac viribus optimis, praeclarisque animi dotibus praeditum. Hic boni Pastoris partes in hoc explere satagit, quod laudes divinas debita cum gravitate decantari curet, regulares Ordinis observantias a sibi subjectis ad amussim adimpleri cupiat; defectus quos advertit, corrigat, sive praesens, sive absens, semper sollicitam suorum subditorum curam habeat; eisque de necessariis omnibus largiter provideat; hortum communem in magnum monasterii commodum, non sine multis expensis, muro solido circumdet et occludat, tranquillitati sui monasterii per litium plurium a multis annis vertentium compositionem, sollicite prospiciat, et ad hanc ulterius conservandam vicinorum Magnatum favores solerter conquirat. Laudabilia haec sunt; verumtamen, cum haec quidem deceat facere, sed alia non omittere, desideramus omnino: ut a frequentibus domo excursibus, longis in via moris, excessivo famulantium stipatu, sumptuosisque opulis se temperet, et deinceps cum Maria ad pedes Jesu quietius sedeat, et pro sua, sibique commissorum consolatione ac salute, crebius sic domui sedendo, cum S. Paulo dicere valeat: Omnibus omnia factus sum, et sic querelae suorum de praesenti puncto depositae cessabunt. Serio etiam admonemus, quatenus in posterum ita se gerat, ut oves ipsius, maxime in tentationibus positae, ad benignum Pastoris sui sinum confugere, eique secreta sua confidenter manifestare possint. Sicque fiet, ut deinceps filii ipsius in majori, quam hucusque, honore et reverentia eumdem habebunt, amoreque ferventiore prosequentur. Culpam suam agnoscenti et emendationem promittenti,

injunximus unam de S. Cruce missam, et unam in privato sibi infligendam disciplinam.

Conventûs interiora ad lucernam scrutinii diligenter perscrutantes, reperimus nequaquam omnes æquali passu ad perfectionem tendere: quosdam alacres, nonnullos tepidos. Alacres, qui vocationis suæ memores, ad normam Statutorum, mores et vitam componunt, Deo soli placere cupiunt, et laudes divinas diu noctuque concinne decantant. Quare eosdem adhortati sumus, ut sic in incæpto bono opere perseverent, scientes, quod juxta divum Bernardum, Perseverentia sit finis virtutum, totiusque boni repositorium, et virtus sine quâ nemo videbit Deum. Quemadmodum autem boni religiosi, Deo et hominibus amabiles, laudibus ad cœlos usque merito extollendi sunt; sic desides in divino officio, immorigeri, susurratores, spiritum in naribus habentes, solitudinis impatientes ac silentii præcepta transgredientes, vituperio et pœnâ digni sunt. Hos itaque serio reprehendimus et admonuimus quatenus sese emendare non differant. Caveant quoque litteras tales scribere et aliò mittere, quæ Magnates aut Prælatos (uti, proh dolor! experti sumus) possent ad indignationem provocare. Volumus etiam ut major reverentia mutuo exhibeatur secundum monitum divi Pauli: Honore invicem prævenientes, Prælatum ut prælatum honore debito afficiant, senes ut senes, æquales ut æquales. Non immisceant se claustrales rerum externarum dispositioni. Hæc et alia plura, charissimi Fratres, de quibus vos reprehendimus, serio emendare atque salutem vestram cum majori prudentiâ negotiari contendatis, ut cum Dominus de talento cuilibet tradito, rationem expostulaturus advenerit, jucundam illam vocem quivis ab eo audire mereatur: Euge serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, intra in gaudium Domini tui. Quod ut consequi mereamini, legant singuli unam missam de B. M^a, unamque suscipiant a Præsidente in proximo Capitulo disciplinam.

Fratres laicos invenimus in suis obedientiis strenuos, in frequentando Ecclesiam quantum labores externi permittunt, diligentes, tractabiles, superioribus suis obedientes, industrios et domui valde utiles esse: Quos in Domino adhortati sumus, ut de bono in melius in dies proficere studeant, ac per bona opera vocationem suam certam faciant. Hi qui foris ambulant et cum sæcularibus conversantur, sic se teneant et gerant, ut sacer Ordo noster semper in honore habeatur. Quibus culpas suas dicentibus, injunximus unum Rosarium de B. M^a recitandum.

Status domus talis est: Sunt in ea præter V. D. Priorem, monachi 16, omnes sacerdotes, quorum unus incarceratus, Fratres laici 4, conversus unus et Donati 3, habentes familiam copiosam et provisionem in omnibus per Dei gratiam sufficientem.

Deputati ad audiendas confessiones sunt: D. Casimirus Peschke Vicarius, D. Josephus Kristeli antiquior et D. Franciscus Pasieka sacrista. –

In quorum fidem, has manibus propriis et sigillis nostris roboramus. Dat. in cartusia Berezensi anno ut supra, die vero 14 martii

Fr. Georgius Schwengel Prior D. Dantisci, Commissarius mpp

Fr. Sixtus Raius, Prior D. Gidlensis Commissarius mpp –

Feria 2a Paschae, celebravit primitias D. Bernardus Kuszel, feria 3a D. Arthelmus Schindler et feria 4a D. Paulus Zeisberger, professi domus nostrae.

Die 8 julii, translata sunt altaria S. Michaelis et S. Annae, non vero Imagines: quae novis iterum impositae sunt. Hoc pariter tempore, murarii deposuerunt fornicem ambitus valde ruptam, versus Orientem, propter periculum. – Die 9 Dec. susceptus est pro statu conversorum Fr. Franciscus Koronowski, Polonus. –

Ex ch. cap. obiit Fr. Renatus Menanteau donatus D. Berezae. – Prior D. Berezae non fit mia.

1744. – Annus 97us Fundationis. –

« Ao 1744 Die 1 martii fecit professionem fidei catholicae in nostra Ecclesia D. Conradus Kramb Lubicensis Equestris M. D. L. Nurembergâ oriundus. – Die 9 martii sepultus est in crypta majoris altaris, filiolus M. Dni Herain. – Die 24 maii, prima die Pentecostes, Spiritus Dni replevit in oppido nostro Bereza puellam Hebraeam, quae a famulis nostris ibidem in recreatione existentibus auxilium petiit perveniendi ad fidem catholicam: satisfecerunt famuli pio puellae desiderio, ipsam in protectionem suscipientes. Adversus quos mox insurrexit tota Judaeorum synagoga, pugnatumque est ab utrinque usque ad effusionem sanguinis: interim puella feliciter ad praedium nostrum perducta est.

Die 7 maii, hinc remeavit ad domum professionis suae Gemnicum, D. Carolus Korais qui 5. annis Vicarium domus nostrae laudabiliter egit. Die 4 julii fecit professionem fidei catholicae in Ecclesia nostra D. Ludovicus Gloch, Silesius Leschinensis. Die 14 sept. fecit professionem fidei virgo Catharina Eylowa et die eadem in Ecclesia nostra baptizata est puella Hebraea, nuper a famulis nostris adducta, per Rmum D. Parochum nostrum, dictaque Anna Maria Catharina Berezka. Patrinos habuit multos nobiles. – Die 12 sept. ex cartusia Freidnicensi (ubi annis

4 hospitatus fuerat) rediit F. Florianus Donatus domus nostræ. — Die 8 dec. fecit sacram professionem F. Franciscus Komorowski conversus.

ex ch. cap. Priori D. Berezæ non fit mia.

1745. — Annus 98us Fundationis. —

« Aº 1745. Die 25 jan. sepultus est in cœmeterio nostro F. Antonius Lipinski, Eremita a S. Antonio, qui in monasterio nostro mortuus est die S. Vincentii martyris.

Die 18 mart. sepultus est in crypta majoris altaris M. D. Adamus Byszpink: in cujus exequiis celebratæ sunt 66 missæ. — Die 29 mart. sepulta est in crypta S. Antonii Mag. Dna Anna Szaniawska. — Die 2 maii fecit professionem fidei catholicæ in nostra Ecclesia Adolescens Joannes Ulrich, Borussus Insterburgensis, Restiarius. — Die 11 julii lecta est charta Capituli gen. et Decretum Beatificationis B. Nicolai Albergati, Cardinalis Episcopi Cartusiani. Die 8 nov. fecerunt sacram professionem D. Norbertus Forberger Olomucensis, et D. Michall Nacelewicz Lithuanus. — Ad finem aug. ex domo Gidlensi, per obedientiam, translatus est ad domum Gemnici D. Dominicus Bombek, professus domus nostræ.

Ex ch. cap. Priori D. Berezæ non fit mia.

1746. — Annus 99us Fundationis. —

« Aº 1746. Die 26 febr. sepultus est in crypta S. Antonii M. D. Thomas Szaniawski. Die 16 julii D. Hugo Schotner, professus D. nostræ, per 5 an. in carceribus detentus, accepit Bullam a Summo Pontifice Benedicto XIV. cum dispensatione a Sacrorum rituum Congregatione emanata, conferendi se Varsaviam ad sac. Nuntiaturam, ibidemque obedientiam se obtenturum ad alium Ordinem transeundi, quod et factum est: translatus per Indultum ad PP. Bernardinos.

Die 20 julii, etiam dimissus est ex ordine ad propriam instantiam F. Florianus Zaskamoravus, Donatus domus nostræ ab 18 annis. Sed hoc ipso anno denuo in Cartusia Freidnicensi pro Donato susceptus est. — Die 24 sept. venerunt VV. PP. Visitatores D. Joannes Jenamb Prior D. Gemnicensis, Visitator, et D. Anthelmus Fournier Prior D. Olomucensis, Convisitator.

qui 27 ejusdem inceperunt, et die 3 oct. finiverunt actum visitationis. Nihil extraordinarium statuentes, sed more consueto virtutes praedicabant et imperfectiones reprobabant secundum mensuram sanctuarii. — Die 7 oct. hinc discesserunt, pridie vero ex novitiatu dimiserunt laicum Fr. Michaelem Miszinski, propter nativitatem judaicam, qui jam integro anno Donatum novitium in domo nostra egerat. — Die 12 nov. accepit habitum Donatorum Fr. Ludovicus Bugo Gallus.

Exch. Cap. Priori D. Berezae non fit mia. —

1747. — Annus 100us Fundationis. —

" Ao 1747, Die 17 aprilis cum essemus in spatiamento, reliquis sedentibus, unus ex conventualibus in sylva se divertere volens, cum socio viperam insecutus est: sed ab eadem terna punctione morsus, post mediam circiter horam toto corpore debilitatus, corruit in terram, manu apparenter intumescente, morientique magis similis quam vivo, absolutionem a peccatis sibi dari rogavit. Decubuit abhinc 6 septimanis, tandem Dei auxilio sanatus est.

Die 8. dec. baptizati sunt in nostra Ecclesia duo Mahometani Petrus Krzyzanowski et Catharina Krzyzanowska, filius et filia Tartari in oppido nostro Bereza, patrinum habuerunt Illmum D. Petrum Sapieha, Palatinum Smolenscensem et alios nobiles.

Ultimis diebus maii, incepit grassari pestis animalium in his regionibus, ex qua multa millia pecorum perierunt. In uno praedio nostro bina vice eadem incidit hoc ipso anno: a qua et ab omni malo defendat nos Deus in futurum. Amen.

Exch. cap. Priori D. Berezae non fit mia: Et D. Franciscus Pasieka sacrista exerceat officium vicarii (id munus hactenus sustinuit D. Casimirus Peschka); et D. Paulus Zeisberger exerceat officium procuratoris. (Id munus hactenus gessit D. Benedictus Lidzik. Sacrista pro tunc institutus est D. Antonius Habicht.) —

Explicit primum Saeculum Cartusiae Berezanae. —

Sæculum Secundum.—

1748.— Annus 101us Fundationis.—

« Aº 1748, Die 10 Julii, pie obiit D. Josephus Kristeli, prof. et antiquior Dº hujus qui 54 annis laudabiliter vixit in ordine.

Ex ch. cap. Priori Dº Berezæ non fit mia: et mandamus ei ut PP. Diffinitorum monitis, ad partem sibi intimatis, fideliter se conformare studeat.

1749.— Annus 102us Fundationis.—

« Aº 1749, Die 16 julii mane ante pulsum ad Primam, advenit huc ex commissione speciali Rdi P. Generalis V. D. Georgius Schwengel Prior Dº Dantisci, cum socio V. P. Brunone Kadau, profº et coadjutore Dº ejusdem, afferens chartam Capituligen. quam tamen nonnisi post 4 dies et inquisitionem factam, nempe 19 julii, Ven. conventui in Capitulo congregato extradidit et publicavit. Continebat autem dicta charta sequentia:

Priori Dº Berezæ (D. Brunoni Gorecki) ad suam instantiam fit mia: et præficimus in Priorem dictæ domus D. Brunonem Kadau, prof. et coadjutorem Dº Dantisci: et Prior absolutus exerceat officium coadjutoris: et D. Benedictus Cidzik vadat ad domum Gidlæ.— Priori Dº Gidlæ non fit mia: et D. Jac. Mauler vadat ad domum Berezæ.— obiit D. Josephus Kristeli prof. et antiquior Dº Berezæ qui 54 an. laudabiliter vixit in Ordine.

Vigore itaque decreti hujus Capitularis, Neo-Prior die 21 julii consuetis cæremoniis installatus est. Quo eodem die, rebus perfectis pro quibus missus fuerat V. D. Prior Dantisci, sumpto brevi prandio, abiit, domumque reversus est.

Neo-Prior in accessu suo arcam communem invenit vacuam, insuper monasterium ære alieno in 36350 florenis oppressum.

Prior autem absolutus D. Bruno Gorecki, impatienter ferens sui depositionem, ultionemque et minas spirans, non diu post, actionem et causam contra conventum instituit in sacra Nuntiatura Varsaviæ, quamvis parum apte. De hac re primæ illius litteræ interceptæ fuere, quæ sic sonant:



...rad v. Erlichshausen 12 Apr. 1441 —
† 7 Nov. 1449.

...ndavit denique atque deo laudabile
...d opidum Scheifelbeyn Carthusiensium
...asterium construxit, in quo ex diversis
... inde cenobiis fratres collegit, con-
...us eorum precibus deum placatum
...ulos dolo plenos convertere et in verita-
... agnicionem ad dei laudis gloriam tam
...ericorditer tamque clementer perducere.
...acata patria eciam intestino malo
...lato amplius quietissime persisteret.

Die Stiftung des Karthäuserklosters
... Schifelbein verlegen die Annales Schivel-
...nenses in das Jahr 1440 und schreiben
... dem damaligen Hochmeister Konrad von
...ichshausen zu. Eine Verschreibung
... die Karthäuser von Schifelbein von
...ich Borcke ist vom 7 Sept. 1443 da-
...t (v. Werner, Gesammelte Nachrichten
... Ergänzung der preussischen Geschichte
...63-65). An dem Altar der Karthäuser-
...rche war Konrad v. Erlichshausen knieend

... di

...nda

Sæculum Secundum.

1748. — Annus 101us Fundationis.

« A° 1748, Die 10 Julii, pie obiit D. Josephus Kris
laudabiliter vixit in ordine.

Ex ch. cap. Priori D. Berezæ non fit mia: et mand
partem sibi intimatis, fideliter se conformare st

1749. — Annus 102us

« A° 1749, Die 16 julii mane ante pulsum ad Pr
Rdi P. Generalis V. D. Georgius Schwengel Prior D. Danti
coadjutore Dsejusdem, afferens chartam Capituli gen
tionem factam, nempe 19 julii, Ven. conventui
cavit. Continebat autem dicta charta sequent

Priori D. Berezæ (D. Brunoni Gorecki) ad suam inst
dictæ domus D. Brunonem Kadau, prof. et coadjutor
officium coadjutoris: et D. Benedictus Cidzik vadat
mia: et D. Jac. Mauler vadat ad domum Berezæ
D. Berezæ qui 54 an. laudabiliter vixit in Ordi

Vigore itaque decreti hujus Capitularis, Neo-Prio
tus est. Quo eodem die, rebus perfectis pro quibus
brevi prandio, abiit, domumque reversus est.

abgebildet zu sehen in Jedebur, Al
meines Archiv für die Geschichtskunde
des preussischen Staates Bd. 14 S. 102-10
Historia de ordine Theutonicorum
Cruciferorum von Laurentius P
menau, herausgegeben von Max
Toeppen (Scriptores rerum Prussic
rum, Tomus IV 65.

Vous connaissez sans doute les Chartreus
suivantes:

Marien-Ehe, bei Rostock.
Marienkron, bei Schlawe.
Marien-Paradies, bei Danzig.
Gottesfriede, bei Schiefelbeyn.

On en trouve des renseignements dan
la Collection Scriptores Rerum Prus

Ald

Neo-Prior in accessu suo arcam communem invenit vacuam, insuper monasterium
ære alieno in 36350 florenis oppressum.

Prior autem absolutus D. Bruno Gorecki, impatienter ferens sui depositionem, ultionemque
et minas spirans, non diu post, actionem et causam contra Conventum instituit in sacra
Nuntiatura Varsaviæ, quamvis parum apte. De hac re primæ illius litteræ inter-
ceptæ fuere, quæ sic sonant:

Piorkowicze, ce 18 Janvier 1899

+
M

Très Révérend Père!

Je Vous remercie pour l'honneur que Vous
e faites en me voulant bien donner des questions
ncernant Votre ordre en Pologne. Malheureu-
ment jusqu'à présent je ne peux y répondre.
la va sans dire, que si par hasard j'apprends
core quelque chose de nouveau sur Bereza,
n'ometterais pas de Vous le transmettre,
ussi bien, que la datte de la sécularisation
Pustowski, mais je doute, si j'en pourrai
rendre quelques renseignements. Je pense, que
s données précises pourrait avoir un des des-
endants de la famille, ainsi que l'histoire

du célèbre procès, mais pour sûr il ne
rait pas me les communiquer pour ne pa
compromettre ses ancêtres. Mais en to
si Vous voudriez essayer (peut-être il
rait pas Vous refuser), je pourrais peu
être Vous transmettre son adresse. Il
meure à Cracovie et il joue le rôle d'
grand seigneur, connaisseur d'histoire e
lettres. Réellement il a de jolis objets
et divers manuscripts.

Quant aux archives de Gidle je n'en
rien. Toutes les religieuses des couvents
dans notre pays, subirent le sort le plu
funeste, — mais c'est possible, que quel
chose de Gidle a pu être transféré au
célèbre cloître des P.P. Paulins de C
stochowa, qui par miracle existe encor
grâce à la protection de la Ste. Vierge. J
être y irais-je cette année-ci, et si je
quelque chose, je Vous le communiquerais
de suite.

Je ne sais pas au juste où était située la Chartreuse de Poméranie Schiwelbein. Si c'est dans la province d'aujourd'hui Ostpreussen, et si les ruines existent encore, il n'y a pas de doute qu'elle est comprise dans la publication très solide, qui vient de finir :

Bau- und Kunstdenkmäler der Provinz Ostpreussen. v. Adolf Boetticher. Königsberg 1827 (Heft VII).

Un vrai spécialiste sur ces choses est le Dr Max Perlbach, bibliothécaire dans un des Universités d'Allemagne (si Vous voudriez je tacherais de savoir son adresse). N'ayant pas pour le moment des livres spéciaux sous la main, je ne saurais Vous rien dire outre cela, que le fondateur de cette Chartreuse était sans doute Conrad Erlihusius (1438-1450), dont s'exprime ainsi un écrivain polonais Alexandre Gwagninus :

Vigesimus septimus, Conradus Erlihusius, Alberti XXXIX Romani Imperatoris tempore, officium suscepit, anno 1438. Hic a bello

quoad visit abstinuit, nimio dolore ob fr
trum pervicitatem consumptus. Marienburga
mortuus, ibidem sepultus 1450.

Alexandri Guagnini - Descriptio Polo
(Respublica sive Status Regni Polonia
Lituaniae, Prussiae, Livoniae etc. divi
rorum Auctorum. Lugduni Batavorum
Anno 1627 ex officina Elzeviriana).

Je baise très humblement Vos mains et v
recommende instamment à Vos prières au
toute ma famille.

toujours prêt à Votre service

Antoine Wyrouch

Litterae D. Brunonis Gorecki Prioris Berezensis depositi.

R^mo in X^to DD. Ioanni B^tae Rokingo, Superiori Cleric. Reg. S.O. Theatinorum, D. et Patrono meo colendissimo. Pateant. Varsaviae. – R^me in X^to DD. Patrone colendissime. Providendo indemnitati, ne forte per longiorem silentii moram, ac benignissimâ exclusus benevolentiâ, infelici casu, deplorandae tradar oblivioni, renovandam saltem versantibus cum debito cultu litteris, recommendationem mei necessariam esse duxi. Et quia nato nobis X^to, annus praesens evanescendo vergit ad finem: alter successive oritur: precor, ut haec creatura, quae nobis attulit vitam, R^mam P. in longaevos quam in optimâ valetudine, cunctis prosperitatibus concomitantibus, dignetur conservare annos. Praeterea humillime veniam petens, ausim rogare pro informatione, utrum Ill^mus Nuntius sit jam Varsaviae, necne, et quando pro certo sit venturus? habeo enim valde pressum recurrendi ad sac. Nuntiaturam negotium; siquidem adversantium meorum vocibus accusatus, ad male imo dixerim, falsenarrata a superioribus judicatus, factus sum opprobrium inimicis, et dolens affirmare possum, factum me in derisum omni populo. Quapropter libenter ex S. Nuntiatura Commissionem expeterem, supplicando, ut duos vel tres Episcopos pro faciendâ inquisitione et indaganda rei veritate, assignare dignaretur. Si vero id difficile videretur, sic saltem aliquot Canonicos, qui formalem facerent inquisitionem et rectissimae veritatis arbitri forent veraces. Via enim fas est, tantam supportare injuriam et afflictionem, quantam ego perpessus, et de die in diem sustinere cogor. Obsecro autem humillime, benigne hanc mihi ignosci audaciam, nam quanto me magis immeritum conspicio, tanto vacillare animo magis compellor. Fateor me ignorare, qualiter haec prosequi deberent: ideoque imploro consilium, ut dignetur cum M. D. Makowski, Patrono S. Nuntiaturae conferre, utrum prius citare debeam aliquos Conventuales, aut saltem Vicarium Franciscum Pasieka et procuratorem Paulum Zeisberger: qui una mecum se sistere Varsaviae ad judicium cogantur, et deinde ut puto, primò Commissione expetita, Commissarii rogandi erunt. Hoc autem quantocius fieri oportet, ut peracta inquisitione, R.P. noster Generalis ante Capitulum gen. (quod 26 aprilis in majori Cartusiâ celebrabitur) de omnibus informari possit. Itaque suppono, ante omnia citationem fore necessariam, ad quam continenda adjungo: quod confratres et antea subditi contra me ex pura malitiâ, invidiâ et officiorum appetitione, exosam habentes disciplinam, conspirarint et conjurarint, ut etiam Visitatores suis falsis et iniquis delationibus, ad ignominiam mihi infigendam, compulerint, nimirum: quod frequenter evagare solebam, quod hospitalitatem nimis

superfluam duxissem, et denique quod debitis domum, seu monasterium ita onerassem, ut ad extremam devenerit pauperiem et egestatem. Quocirca cupiens me justificare, et ad lucem S. Justitiae cuncta producere, adero ad comparendum et objiciendum. Deinde vero commissio exoranda erit ad investigandum. Deprecor quam submississime, quod audeam incommodare. Sed quid agendum, dum Varsaviae neminem habeam, ad quem tam confidenter recurrere valeam, quam ad Rmam Pten Vestram, et quidem non tam meâ haec accidunt culpâ, quam gratia Dominationis Vestrae, in cujus spe id attentare praesumo, meque ei in infinitum recommendando maneoque usque ad aras cum debita veneratione. Rmae D. V. humillimus servus

Fr. Bruno Gorecki coadjutor Cartusiae Berezensis

Rogo humillime, dignetur Rma Ptas curare scribi titulum ad M. D. Makowski Patronum seu Advocatum in S. Nuntiatura, mihique eum titulum communicare, si hac gratia dignus esse mereor. Berezae 26 Dec. 1749.

Quamvis hae litterae interceptae fuerint, invenit tamen ille mox alios modos se in Nuntiatura insinuandi, uti inferius dicetur.

Hoc ipso anno D. Franciscus Pasieka vicarius Dni hujus, a Rdo P. Generali Rector D. Gidlensis instituitur; dato diplomate 8 nov. 1749. Sed nonnisi ad initium anni sequentis Berezâ abiit.

1750. — Annus 103us Fundationis. —

Ao 1750 Ex litteris D. Prioris Berezensis ad Priorem Dantisci: « ..... ex abrupto incipio, et rogo per vulnera Xti et omnia sacra, quatenus nobis in necessitate maximâ constitutis, quantocius succurrere dignemini; cum et mens sit Rmi P. nostri Generalis et VV. PP. Visitatorum, ut domui Berezam subveniatis. Rmus P. Generalis concedit ut 40000 flor. absque mora nobis accommodetis, ego vero nonnisi 30000 flor. expeto. Circa festum S. Casimiri, necessario debemus 17000 flor. exsolvere: de quibus hucusque dabatur provisio a 10 pro cent. et nisi solvantur, minatur creditor invadere nostra bona. Debemus pariter ad S. Nuntiaturam solvere 12000 flor. absque longiore dilatione. ..... Inclusae litterae ad me directae a Rmo P. Generali continent obedientiam V. P. nostri Vicarii D. Francisci Pasieka pro Rectoratu D. Gidlensis; in cujus locum substitui D. Joannem Cinq quondam coadjutorem domus nostrae. V. P. coadjutor D. Bruno Gorecki ex mandato Rmi P. Generalis et visitatorum absolutus et collae mancipatus est. Det Deus ut hanc meam absolutionem pacifice

ferat. In locum autem ipsius nullum adhuc institui. Quales autem tragoedias et seditiones ille intendit, ex interceptis litteris V. P.tas Vestra facile judicare poterit.... Dat. Berezae die 12 jan. 1750, F. Bruno Kadau P.ri

23 jan. Ex litteris D. Rectoris Gidlensis ad Priorem Dantisci: "..... Berezam deserui 10 jan. Varsaviam appuli 18 ejusdem cum P. Procuratore Berezano. Varsaviae negotia Cartusiae Berezensis feliciter secundum intentionem S. Ordinis nostri expedivimus, quae tanto cartusiae Berezensi sunt commodiora, quanto minoribus sumptibus expedita: absque enim Advocato sunt omnia persoluta in S. Nuntiatura ubi nihilominus Patronum optimum habuimus, nempe aureum et argenteum (exsolvendo debitam adhuc a D. Gorecki ibidem contractum, 6000 flor.) quo adjuvante, finis causae est impositus. Aliam vero causam in S. Nuntiatura inchoatam audivimus in materia absolutionis a Prioratu D. Gorecki, quam materiam promovere satagunt Ill.mi Palatinus Podlachiae, Palatinus Mscilaviensis et Castrorum Metator M. D. L. omnes tres de domo Sapiehae, Fundatores nostri. Quam causam etiam ad finem perducere conati sumus, est tempus citationis datae necdum effluxerat: ideo in praedicto negotio juxta voluntatem et consilium D. Auditoris et vice-Cancellarii S. Nuntiaturae, Plenipotentem M. D. Flaszerowicz inscripsimus.... Dat. Varsaviae die 23 jan. 1750. F. Franciscus Pasieka Rector D. Gidlensis

Decretum S. Nuntiaturae. –

A.D. 1750 die vero Lunae, 16 mensis Februarii, Varsaviae. Pro religioso Joanne Brunone Gorecki ex-Priore Cartusiae Berezensis principali recurrente, contra Religiosum Brunonem Kadau Priorem et Paulum Zeisberger procuratorem cartusiae Berezensis, Citt.at

Coram Perillustri R.mo D. Andrea Vincentio Butio, J. U. D. Protho-notario Apostolico curiae, Ill.mi ac R.mi DD. Alberici ex comitibus de Archinto, Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopi Nicaeni, SS.mi D. N. D. Benedicti, divina Providentia Papae ejus nominis XIV, Praelati domestici et Assistentis, ejusdemque et S. Sedis Apostolicae in Regno Poloniae et M. D. Lituaniae cum facultatibus Legati de latere, nuntii Generali causarum Auditore et Judice, comparuit personaliter Generosus Hiacynthus Makowski, suprascripti religiosi Joannis Brunonis Gorecki principalis Recurrentis Procurator, in termino ex citatione provenienz, Contumaciam praeexpressorum Religiosorum citatorum, quatenus non comparentium, accusavit et in eorum contumaciam proposuit ex eadem citatione de et super eo: quia suprascripti citati suum Principalem Actorem, variis calumniis aggravare, honorem ejus religiosum traducere, varias molestias et persecutiones inferre, contra personam ipsius conspirationes in articulis per eundem Actorem ad Tribunal praesens Apostolicum transmissis, satius specificatas, facere ausi sunt et praesumpserunt, audentque et praesumunt;

proinde ipsos ratione praemissorum puniri, silentium perpetuum imponi, et ne similia audeant, inhiberi postulan... salvo etc.... omni etc.

Interveniente Generoso Joanne Nepomuceno Stominski ad causam Ill^norum Michaelis Palatini Podlachiae, Georgii Palatini Mscistaviensis, Alexandri Metatoris Castrorum M. D. L. Sapiehow, Fundatorum Cartusiae Berezensis, Procuratore, salvis etc..... et protestando etc.... ac contra suprascriptos citatos, juxta seorsivum libellum, in citatione suorum Principalium expressum super eo: Quia ipsi obligati existentes tam per privilegia primitivae suae fundationis quam etiam leges patrias pro omnibus monasteriis communes, non solum incolas Regni de natione Polona, seu M. D. Lithu. ad Institutum suae Religionis suscipere, verum etiam susceptos et actualiter professos in monasteriis fundationis Polonae retinere illos, Praeposituris monasticis, quatenus ad id digni et habiles reperiantur, prae caeteris monachis alterius nationis praeponere et praeficere, nihilominus iis omnibus non attentis, tam ad Institutum vestrum Patriotos Polonos non suscipitis, quam etiam illos sub variis praetextibus coloratis, ab eo suscipiendo removetis, susceptos vero ut quantocius extinguantur, variemode affligitis et quamvis dignos et minime redarguibiles, ex officio deponitis: prout et nunc nullâ habitâ causâ, A R^dum P. Ex. Priorem Gorecki, Polonum ob solum duntaxat odium gentis Polonae, virum juxta Institutum vocationis suae religiosissimum et exemplarem de Prioratu deposuistis, ipsumque extra Regnum in aliam Cartusiam transportare statuistis, taliterque intentioni Fundatorum suorum, et juribus patriis contravenistis, proponente ac praevia admissione hujusce Interventionis pro directa ad ipsam responsione instante. Ne vero sub pendentia litis modernae suprascriptum Religiosum Gorecki sub quovis praetextu de Cartusia Berezanâ in alium locum transferre et transportare praesumant, Inhibitionem contra eosdem ex Tribunali praesenti Apostolico emanatam in suo robore, nomine suorum Principalium conservari expetente, salvo etc... Omni etc.

Praesente suprascripto Religioso P. Paulo Zeisberger, Cartusiae Berezanae Procuratore, suo Religiosi Brunonis Kadau Prioris ejusdem Cartusiae Berezensis, nomine, comparente, salvis etc..... et protestando contra memoratum Religiosum P. Brunonem Gorecki praetensum Actorem, de indebita sui citatorum in Jus et Judicium, non sine causatione damnorum et expensarum litis, provocatione et ad similem provocationem Ill^morum Fundatorum suggestione et animatione, per idque Statutorum Ordinis convulsione; quoniam ex citatione per dictum Religiosum, assertum Actorem a Tribunali praesenti Apostolico exportata, manifeste liquet,

duas singulares personas e medio Cartusiae Berezensis, ad instantiam privati monachi, utpote Religiosi Gorecki conveniri, quod apertissime pugnat contra Sanctiones Ordinis sub poena perpetui carceris, hujusmodi provocationes tam ad saecularia quam ad spiritualia Tribunalia districte interdicentes, ut videre est in Statutis ejusdem ordinis, cap. 25 de criminosis et fugitivis, in verbis ibi: = Et qui domum vel personam Ordinis coram quocumque Judice Ecclesiastico, vel saeculari in Jus traxerint, vel trahi fecerint, pro modo criminis carceri perpetuo, vel ad tempus intrudantur; = idcirco circumscripta citatione a Tribunali praesenti Apostolico, per memoratum assertum Actorem exportata, eundem Religiosum Gorecki, pro poenis, intuitu hujusmodi provocationis demeritis, ad suos Superiores remitti. Quo vero ad interventionem Ill^morum Fundatorum praetenso Actoratui dicti Religiosi Gorecki adnexam, siquidem ex supra deductis abunde constat citationem et consecutive Actionem saepefati Religiosi Gorecki esse nullam, proinde Interventionem hujusmodi instantiae Religiosi Gorecki non posse cohaerere, praesertim cum ex contextu tam assertae citationis, quam adjunctae Interventionis, patet esse distinctas propositiones et Conclusiones, nullamque connexitatem sive identitatem secum habentes, hoc ideo Ill^mis Fundatoribus (quatenus voluerint) seorsiva Actione, ex quo separatim citaverint, agere demandari, debita cum instantiâ flagitante, Salvo etc.... omni etc.....

Qui R^mus D. Auditor Generalis, sedens etc.... auditis etc..... circumscripta citatione a Religioso P. Gorecki exportata, remisit negotium ad suos Superiores, conservato usque ad aliam ordinationem R^mi P. Generalis, in suo robore salvo Conductu, ne divexetur aut impediatur dictus Religiosus Gorecki in recurrendo ad suos Superiores, salvâ obedientiâ superiori locali per dictum Religiosum Gorecki praestandâ. Quo vero ad Actoratum pro parte Ill^morum Fundatorum, mandavit parti citatae directe ad primam Juris. Et ita etc.... omni etc.....

Ex Protho-collo Actorum Nuntiaturae Apostolicae extractum, et sigillo Ill^mi ac R^mi DD. Alberici ex Comitibus de Archinto Archiepiscopi Niceni et Nuntii Apostolici in Regno Poloniae etc.. communitum.. Stephanus Skwarczynski, Publicus Sac. authoritate Apostolica notarius et Actor Nuntiaturae Apostolicae sup^tae Cancell^ae mpp.

Aliud. —

A. D. 1750, die vero mercurii 1 mensis Julii, Varsaviae. Pro Ill^mis Michaele Podlachiae, Georgio Mscislaviensi Palatinis et Alexandro Metatore Castrorum M. D. L. Sapiehowie, Fundatoribus Cartusiae Berezensis, principalibus Actoribus, contra Religiosos PP. Brunonem

Kadau Priorem et Paulum Zeisberger procuratorem praefatae Cartusiae Berezensis, citatos.

Coram Perillustri et R^mo D. Andrea Vincentio Butio I. U. D. Protho-Notario Apostolico curiae Ill^mi et R^mi DD. Alberici ex Comitibus de Archinto, Archiepiscopi Nicaeni, SS^mi D. N. Benedicti divina Providentia Papae ejus nominis XIV. etc. Praelati domestici et Assistentis, ejusdemque et S. Sedis Apostolicae in Regno Poloniae et M. D. Lithu. cum facultatibus Legati de latere, nuncii, Generale Causarum Auditore et Judice, comparens personaliter Gen. Joannes Nepomucenus Stominski suprascriptorum Illustrium Actorum Procurator, in termino ex Actis legitime proveniente, contumaciam suprascriptorum citatorum, quatenus non comparentium; nec ad mentem Decreti tribunalis istius, sub die 22 mensis Junii, A^o nunc currente, lati suos commissarios nominantium, accusavit, et in ipsorum contumaciam, in causa inter easdem partes, occasione nolle susceptionis Polonorum ad Institutum Religionis suae, commissarios: pro parte suorum Principalium in anteriori instantia his in Actis facta, nominatos, utpote Ill^mos et R^mos Antonium Eyskiewicz Samogitiae, Josephum Puzyna Livoniae, Stanislaum Raymundum Jezierski Baccoviae, Ludovicum Riacour Ptolemaidae, Episcopos: tum Perillustres et actu R^dos Korsak, Ancuta Vilnenses, Sugin Luceoriensis et Glinski Livoniae canonicos admitti et approbari, in personasque eorum Remissoriam decerni, seu praesens Decretum vim Remissorialium habere, debere declarari, alias standum esse in Decreto tribunalis hujus, sub die et anno supra allegatis, petiit et debita cum instantia postulavit, salvo etc... omni etc...

Praesente Generoso Josepho Flessierowicz suprascriptorum Religiosorum Kadau Prioris et Pauli Zeisberger procuratoris Cartusiae Berezensis, Principalium ex adverso citatorum legitimo Procuratore, salvis omnibus beneficiis Juris et exceptionibus in quovis termino suis Principalibus praecustoditis ac reassumptis anterioribus instantiis suis, tum protestationibus in iisdem expressis, dilationem ad effectum comportandi privilegium S. Sedis Apostolicae Ordini Cartusiensi serviens, in manibus R^mi Generalis existens: in quo comprehenduntur amplissimae libertates, immunitates et exemptiones, a quavis impetitione juridica quarumvis personarum saecularium, in quacumque dignitate existentium, praesertim in materiis quae tangunt internum monachorum regimen (prout causa praesens esse dignoscitur) jam alias in anteriori termino expetitam, suis Principalibus indulgeri, et ad primam post mensem concedi, flagitante salvo etc... omni etc....

Qui R^mus D. Auditor Generalis sedens etc... auditis etc... stetit in decretis sub die 22

junii A° 1750 data facultate Venerabili Conventui Berezano nominandi suos commissarios in Actu commissionis, et quatenus nominati fuerint, ut par numerus ex utraque parte adsit Actui Inquisitionis. Et ita etc... omni etc....

Ex Protho-collo Actorum Nuntiaturae Apostolicae extractum et sigillo Ill^mi et R^mi D. Alberici ex Comitibus de Archinto, Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopi Nicaeni et Nuntii Apostolici in Regno Poloniae et M. D. Lith. communitum

Stephanus Skwarczynski, Publicus S. Authoritate Apostolica Notarius et Actorum Nuntiaturae Apostolicae Cancellarius mpp.

Non contentus istis decretis D. Gorecki appellavit insuper ad Sum. Pontificem; sed obviam ivit Romae tot et tantis turbationibus R^mus P. noster Generalis, et per V. P. Procuratorem Generalem Summo Pontifici absolutionem istam Dni Gorecki manifestare curavit, qui illam approbavit et merito ab officio Prioris absolutum fuisse, vivae vocis oraculo confirmavit. Hinc neque ille Actus Inquisitionis ad effectum venit, et reliqua omnia amoto ex Domo Berezae Dno Gorecki, sensim sopita sunt.

Mense Junio domus Berezana levavit a domo Dantisci in vim veri mutui, absque ulla tamen provisione 20000 flor. Polon. pro debitis diluendis: quam summam per vices annis sequentibus restituit.

Ex ch. cap. Dno Francisco Pasieka, prof° et Vicario d. Berezae, in Rectorem d. Gidloe a R^do P. super annum instituto, non fit mia: — Priori d. Berezae non fit mia. —

1751. — Annus 104us Fundationis. —

A° 1751. Ex litteris d. Prioris Berezani ad Priorem Dantisci: «... ex mandato V. P. Convisitatoris, mis; 28 februarii Dominum Gorecki Olomucium, adjuncto itineris socio F. Stanislao converso; qui D. Gorecki perveniens ad oppidum Ribnik in Silesia, ulterius pergere noluit, sed servatis duobus equis, famulo uno et curriculo, ibidem remansit: quare praedictus fr. Stanislaus solus cum 4 equis et 2 famulis Olomucium perrexit. Agit pro nunc D. Gorecki Capellanum in Silesia, in Districtu Plesnensi et Parochia Pawtovicensi, in dominio Perillustris D. Gusmar in Pawtowic...

Dat. Berezae 16 maii 1751. F. Bruno Kadau Prior.

.... D. Gorecki non amplius in Silesia moratur, sed, ut certis relationibus habeo, impetrato

es S. Nuntiaturā salvo-conductu, Romam perrexit, easdem as suas promoturus. Quare jam R^mo P. Generali et V.P. Procuratori Generali scripsi... Berezae 25 julii 1751.

..... D. Gorecki Romae jussus est redire ad Cartusiam Olomucensem, quo cum pervenisset, a P. Consolatore protinus missus est Gemnicum ad V.P. Visitatorem: qui illum post multas gyrationes datis obedientialibus relegavit ad domum Seitzensem, ad hospitandum ibidem.

Dat. Berezae 18 dec. 1751. F. Bruno Kadan Prior.

..... obtinuimus Decretum ultimarium a Tribunali Vilnensi in causa 160000 flor. ex arca communi a D. Gorecki Antecessore meo iconsiderater extraditorum pro clendiis Celsissimae Principissae Radzivillae jam defunctae, et restantium provisionum 36000 flor. vigore cujus mense oct. anni currentis in Tribunali Mscensi comparendum mihi fuit cum PP. Vicario et Casimiro Antiquiore: ubi cum, Ebdomadas hac sissemus, tandem processitum fuit ad sententiam, causa nostra decisa, et loco summae supradictae, villa quaedam, Celsissimorum Principum Radzivillorum haeredum, quibus cum res agebatur, cum pertinentiis nobis adjudicata est. Berezae, 18 dec. 1751 F. Bruno Kadan Prior.

In ch. cap. Priori de Berezae non fit mia.

1752. — Annus 105us Fundationis. —

A^o 1752. In litteris D. Prioris Berezani ad Priorem P. Dantiscum: „..... redit ex Cartusia Waldicensi ad nos 12 martii salvus et incolumis D. Dominicus Bombek, prof. et olim Prior Domus nostrae, cum obedientialibus pro exercendo officio coadjutoris. Berezae 3 maii 1752. F. Bruno K.

..... D. Dominicus Bombek officium coadjutoris ita exercuit, ut omnes eum brevi ipsum absolvere. Sedeat ergo nunc in cella pacifice, quod etiam bene observet.

Dat. Berezae 9 julii 1752 F. Bruno Kadan Prior.

..... D. Bruno Gorecki Romam pergendo, constituit Domui nostrae Berezanae solutionem 8000 flor... Berezae 19 oct. 1752. F. Bruno Kadan Prior.

In ch. cap. Priori de Berezae non fit mia: et inhibemus, ne in praefata Domo ullus unquam sub quolibet praetextu praesumat dare bona fundationis, aut eaquae nomine hypothecae possidentur, in locationem seu arrhendam, nec etiam praesumat unquam mutuo dare absque praevia speciali licentia.

1753. — Annus 106us Fundationis. —

A° 1753 Die 27 februarii obiit F. Stanislaus Krol, Bohemus conversus prof.us D. nostrae.
Die 31 mart. obiit D. Antonius Habicht, moravus, prof.us 27us D. nostrae.
Die 3 aprilis obiit D. Joannes Cink, Bohemus, prof.us 25us et vicarius D. nostrae —

21 mart. 1753. — Ex litteris D. Prioris Berezensis ad Priorem Dantisci: „ .... coepi ex muro aedificare Ecclesiam Parochialem in oppido nostro Bereza, et in monasterio granarium magnum cum habitaculis inferius pro familiâ, partem ambitus versus orientem jam perfeci ....

Berezae 21 mart. 1753 F. Bruno Kadau Prior

Ex ch. cap. Ob. D. Antonius Habicht prof. D. Berezae: item F. Stanislaus Kral conv. prof. D. Berezae Priori D. Berezae non fit mia: ordinationem anno praeterito factam, quae incipit: Et inhibemus ne in praefata domo etc.... confirmamus. —

1754. — Annus 107us Fundationis. —

A° 1754 Die 25 jan. obiit in domo Gidlensi hospes D. Benedictus Cidzik, Lithuanus, prof. 21us et quondam procurator D. nostrae.

Ex litteris D. Prioris Berezani ad Priorem Dantisci: „ ... Ill.mi DD. Sapieha redemerunt praedium Zabadie et praedium Jaszewiec, item bona Kossowo cum attinentiis, quae hactenus hyppothecae nomine possedimus: per quas redemptiones proventus nostri annui in 16000 flor. minuuntur. Berezae 15 apr. 1754.

.... Die 18 aug. accepit habitum ordinis novitius D. nostrae D. Antonius Strachowski Varmiensis Nobilis ex bonis Demuth. Duo candelabra stannea, 6 pedum alta, cura V. P. V. Gedani mira elegantiâ factâ percepimus. Berezae 1 sept. 1754. F. Bruno Kadau Prior.

Ex ch. cap. ob. D. Joannes Cink prof. et vicarius D. Berezae —
ob. D. Benedictus Cidzik, prof. D. Berezae, hospes in domo Gidlae — Priori D. Berezae non fit mia.

Ordinatio ad partem intimanda Domui Berezae. —

Nos Diffinitores Capituli gen. dolenter audivimus, quod non obstante admonitione Patrum Commissariorum facta in Actu Visitationis domus Berezae, mense febr. anni 1743; non obstante etiam epistola R.di Patris ad eamdem causam directâ sub finem ejusdem anni, Conventuales

tamen, licet aliquos Nationales forte hactenus ad novitiatum admiserint, animum tamen habeant nullos amplius in posterum admittendi, nec vereantur per hoc domum suam exponere Magnatum indignationi, quam jam provocaverunt. Propterea nos pravo hujusmodi consilio occurrere et ipsius domus utilitati consulere cupientes, ordinamus: quod amodo et usque dum sex ad minus nationales ad professionem in dictâ domo noviter admissi fuerint, alii in ea nullatenus ad habitum recipiantur; ac deinde cum sex, ut dictum est, nationales vota professionis emiserint, licet tunc alii possint admitti, nationales tamen qui idonei reperti fuerint, non rejiciantur, sed prae omnibus aliis recipiantur. Pro cujus ordinationis executione certiori, volumus ut quotannis ad Capitulum gen. mittatur status dictae d. subscriptus a PP. Priore, Vicario et 4 antiquioribus, in quo fideliter exponent quot et ex qua natione actualiter in dictâ domo adsint monachi et novitii necnon Conversi et Donati.

Praecipimus insuper ut praesens ordinatio cum charta Capituli gen. publice coram omnibus Conventualibus capitulariter congregatis legatur diebus a Statuto praescriptis.

Dat. in Diffinitorio 14 maii anni 1754. F. Michael Prior Cartusiae.

F. Mich. Michelon Prior d. Villaenovae, visit.or prov.ae Provinciae Diffinitor

F. Ignatius Bigé Prior d. Noviomi, visit.or prov.ae Picardiae, Diff.

F. Archangelus Scaramuzza Prior d. Papiae, visit.or prov.ae Lombardiae, Diff.

F. Mich. Clua Prior d. Scalae Dei, visit.or prov.ae Castellae, Diff.

F. Petrus a Cepas, Prior d. de Xeritio, convisit.or prov.ae Castellae, Diff.

F. Antonius Callas, Prior d. Fontis B. M.ae convisit.or prov.ae Franciae ad Sequanam, Diff.

F. Hugo Neth, Prior d. in Grünau, convisit.or prov.ae Alem.ae inf. Diff.

F. Bruno Polingue, procurator fabricarum Cart.ae Diffin.

F. Stephanus Biclet Scriba R.di P. et Capituli gen.

Die 4 dec. vivere desiit Ill.mus et R.mus D.D. Joseph Sapieha, Comes in Bychow, Zastaw, Daprowna, Druia, Episcopus Diocaesariensis, coadjutor Vilnensis, Referendarius M. D. L. Praepositus Cathedralis Vilnensis et Trocensis, Fundator et Protector domus nostrae Berezensis, habens participationem Ordinis.

Hoc etiam anno Ecclesia Parochialis in oppido nostro Bereza sumptibus monasterii ex integro perfecta est, fundamento ipsius ex solido muro posito, et sacristiâ ad summum ex muro elevatâ. Item sacellum in honorem S. Joannis Nepomuceni in ipso oppido, et quidem in loco ubi anti-

-quitus

templum Grosvaritus steterat, ex lateribus coctis erectum est sumptibus monasterii.

1755. — Annus 108us Fundationis. —

« A° 1755 die 14 aug. habitum accepit D. Cajetanus Kuhn, melsacio Varmiensis (sed ob morbum incurabilem mox die post iterum dimissus est).

Die 20 aug. sacram professionem fecit V. F. Antonius Strachowski, hactenus novitius, Varmiens. patria, nobilis genere, bonorum Demuth haeres.

Paulo ante D. Bernardus Kuszel, vicarius domus institutus est.

Festum Dedicationis Ecclesiae in domo Berezensi celebratur quotannis Dominica infra octavas Ascensionis Domini. »

de savoir ; pas de traces, ni dans l'archive central, ni dans les bibliothèques de la ville. C'est possible, qu'ils pourrissent quelque part à St. Petersbourg.

Je croyais justement, que la Chartreuse de Schiffelbein était fondée par le grand Maître Conrad von Erlichshausen, mais l'auteur ancien, que j'ai cité (Alexandre Guagninus), précise mal la date de son administration. D'après Voeppen il gouvernait l'ordre des Chevaliers Teutoniques depuis le 12 Avril 1441 — 7 Novembre 1449. Les dates me paraissent inventables. Je

Vous envois
chronique de La
l'unique auteu
cette fondation
nécessaire, je
crire tout, ce q
sur le maître
affectueusement
commende à V

Votre

A

...s une petite notice de la
...de Laurent Blumenau ; c'est
...nteur ancien qui parle de
...tion. Si cela Vous était
... je pourrais Vous trans-
..., ce que cet historien dit
...tre Conrad. Je baise bien
...ent Vos mains et me re-
...à Vos prières
...re très humble serviteur
Antoine Wystouch

Bereza 6.

Enumération des Couvents
des pères Chartreux, existants
jadis en Pologne.

1. Lechnica, au duché de Spiz, dans la vallée de St. Antoine (actuellement à la frontière de l'Autriche (Gallicie) et de la ~~Russie~~ Hongrie). Elle fut fondée, on ne sait pas par qui, on l'appelle aujourd'hui „le couvent rouge" Ce couvent fut mentionné pour la première fois par

Piorkowice, le 23 Mai 1899

Très Révérend Père,

A la lettre, que je Vous ai adressée
les derniers jours du mois de Janvier,

les derniers jours du mois de Janvier,
je n'ai à présent presque rien à ajou-
ter. Quant aux archives de Gidle j'ai
appris seulement, que 2000 volumes des
plus curieux ont été apportés à Varso-
vie après la cassation, — mais qu'est-ce
qu'on a fait avec, il m'était impossible

l'historien polonais Jean
(Dlugossius seu Longinu
1384. – Le couvent subit
le 20 Novembre 1563.

2. La Lustration de 1564
encore un autre couve
trouve, dans le même dis
qui s'appelait Lapis se
précisait plus à la mo
siècle.

A l
les der
je n'a
ter. Ce
appris
plus c
vie ap

3. Pasadis en polonais
de Gdansk (Dantzig)
cassation 1823. – Le
fut le père Bruno Se
l'an 1830.

qu'on a peint avec, il n'était

Jean Dlugosz
ngimus) sous l'année
ubit la cassation

1564 mentionne
couvent de Char-
duché de Spir,
is refugii." Il
la moitié du XVIIe

ais Paradyż, près
tzig) subit la
Le dernier prieur
o Senzy † vers

ait impossible

4. Gidle subit la cassation en 1819
le dernier prieur père Adam
Grabowski.
5. Bereza.

Documents sur la fin de la chartreuse de Bereza
que m'a transmis un polonais de ce pays qui a passé quelques jours
à la Valsainte en 1898. — Voir les lettres qu'il m'a écrites. N.1.

Bereza est située sur la rivière de Jasiolda, dans l'ancien palatinat
de Brest Lithuanien (actuellement au gouvernement de Grodno) au diocèse de
Vilno. Casimir Léon prince Sapieha vous chancelier de la Lithuanie a fondé
dans cette [illegible] un couvent de Chartreux en l'année 1648. Jean de Torres
nonce du Pape en Pologne y posa la pierre fondamentale. L'on fit venir [illegible]
un architecte pour s'occuper des travaux. L'église fut bâtie sous l'invocation
[illegible] et Casimir et consacrée le 6 Juin 1666 par Alexandre Sapieha
[illegible] de Vilno [illegible] de l'enterrement du fondateur, décédé à Varsovie en
[illegible]vier 1659 et dont le corps attendait [illegible] ce temps la sépulture. L'on ense-
lit aussi dans cette église [illegible] de huit personnages de la maison de
Sapieha décédés plus tard. Tout le couvent avec l'église était entouré d'une
[illegible] ce qui le fesait pareil à une forteresse. L'établissement des Chartreux
Bereza [illegible] lait à une petite ville et pouvait se compter parmi les plus
[illegible]es fondations de ce genre en Pologne. Le prince Sapieha dota le cloître d'un
magnifique apanage, il lui légua les villages de Bereza et de Busiar, ainsi
[illegible] d'autres sites attenants avec forêts et rivières. La diète de 1653 accepta cette
[illegible]tion et d'autres qui eurent lieu plus tard furent signés en 1662 et 1673
(Volumina Rerum IV 421 et 895; V 154)....
une croix miraculeuse qui se trouvait au couvent de Bereza l'on l'
[illegible]elait souvent la Chartreuse de la Ste Croix. On fit venir de Pâris des reli-
[illegible] et le père Jean Hagen fut premier prieur.....
[illegible]ndant la guerre de 1705 [illegible] empereur de Russie et Frédéric
[illegible]uste II roi de Pologne avec [illegible] visitèrent successivement la
[illegible]eza; ensuite il vint le roi de Suède Charles XII. Les Suédois emmenèrent

trois novices, que le couvent racheta au prix de 300 ducats. En l'année
1708 ces mêmes Suédois firent de nouveau trois prêtres prisonniers et
comme le couvent, ruiné par tous ces ravages de guerre, n'avait pas assez
d'argent pour payer leur rançon l'on vendit l'argenterie de l'église; le reste
des religieux craignant l'esclavage et les mauvais traitements abandonnèrent
le cloître et se réfugièrent dans les forêts environnantes; quatre d'eux seulement
restèrent pour garder les bâtisses. Les désastres et les changements politiques
contribuèrent de beaucoup au relâchement des religieux et à l'abandon de ce
bel endroit....

Ce qui contribua surtout beaucoup à la cassation de ce couvent (1831)
ce fut le procès qu'avaient les Chartreux avec Albert Pistorrski, dont le frère
fut prieur, et ensuite s'étant sécularisé devint prélat de Vilna. Pistorrski
s'étant sécularisé obtint des Chartreux l'acquittement de sa charge et rem
le couvent au père Ostrietko élu nouveau prieur. Le père Gradzki
(on prononce Grondzki) ancien avocat et juriste du couvent, sous l'influ
ence duquel se trouvait le nouveau prieur, lui conseilla de déclarer un
procès à Albert Pistorrski, l'accusant de s'être subitement enrichi par
suite de la dilapidation de quelques millions (florins), soustraits au couvent
par son frère. Gradzki s'adressa personnellement à l'empereur Alexandre I
qui fit examiner consciencieusement cette affaire. Plusieurs commissions
nommées successivement acquittèrent Pistorrski, mais Gradzki élu prieur
s'efforça de gagner le procès. La dernière commission (en automne 1822)
exigea le serment qu'outre les documents présentés par les religieux il n'en
existe pas d'autres. Gradzki jura qu'il n'en a pas. Après une stricte re
vision faite avec l'aide de la police, l'on découvrit une cachette sous le
maître-autel, où se trouvait l'acquittement de Pistorrski, fait par les

treux, qu'ils n'ont aucune prétention envers lui et qu'il administra leur couvent avec justice; outre cela se trouvaient aussi les reçus de Kościuszko (général polonais) pour des sommes considérables en or et en argent, prises par lui, ce qui surpassait plus d'un million. Ce fait justifia Pustowski mais il attira la disgrâce sur le couvent. Le prieur fut surveillé par la garde militaire et la commission traîna ce procès jusqu'à la mort de Grzdzki qui eut lieu bientôt après.

Kościuszko 1746-1817.

(Encyclopédie de l'Eglise édite par Michel Nowodworski t. X Varsovie 1877 - page 134-135.)

Pour être juste il faut dire que non seulement le couvent des Chartreux de Bereza mais bien d'autres encore furent abolis dans le même temps dans le diocèse de Vilna, comme suite de l'insurrection de 1830-31. Un des Chartreux le père Lambert quitta le couvent et prit les armes. On raconte qu'il était un peu toquet et qu'il fut inspiré à ceci par Albert Pustowski, qui voulait de cette manière compromettre les pères devant le gouvernement; cette version me paraît fausse, d'autant plus que la famille Pustowski n'était jamais populaire et avait toujours beaucoup d'ennemis. Il arrivait parfois que les couvents prenaient une part active aux insurrections.

Nous trouvons le frère d'Albert Pustowski, ancien prieur, Etienne dans le Directorium Horarum Canonicarum et Missarum Vilnae 1805 et 1807 comme chanoine de Brześć appartenant au diocèse de Vilna:

Decani Foranei: Pruzanensis - P. A. R. D. Stephanus Pustowski Can: Colleg. Bresten: Curat: Bereren:

On raconte qu'au temps de son prieurat chaque Dimanche qu'il célébrait

la Messe, venait
le Missel une bo
du district de Flo
l'une de ces fêtes
le faire remarquer
nommé Sovoka
(la langue latine
tout haut et pu
Cartusiana." C'était
gent qui se trouvait
de ce même fait,
signer ostensiblement
„Que sais-je? pe
que les pères Chartr
Tels sont les
tions de Puslowsk
pure vérité, - e
salis. Une partie
pape le titre de
arma pro cruce.
distinguèrent - ja

ait la lui servir son frère Albert, qui trouvait chaque fois so
ne bourse remplie de ducats. Albert étant ensuite élu maré
Słonim, donnait des réceptions pour la noblesse du pays. Pe
têtes on apporta un magnifique service d'argent. Pusłowski p
rquer davantage s'adressa en plaisantant à un gentilhomme
oka en demandant comment cela s'appellerait-il en latin
line était alors très usitée dans notre pays) Celui-ci répondit
publiquement au grand mécontentement de Pusłowski „Cru
'était une allusion malicieuse à l'immense crucifix d
uvait jadis dans l'église de Berezа. J'ai entendu une autre v
fait, que lorsque Soroka a remarqué ce service, il se mit à
ment. Quand Pusłowski lui en demanda la cause, il répo
? peut-être c'est le crucifix des pères Chartreux." Il paraît
Chartreux ne fesaient pas procès en vain!
les ouï-dire qui jusqu'à présent on peut entendre des rel
łowski avec les Chartreux, je ne saurais les présenter comme
, en tous cas il faudrait les accepter ~~comme~~ cum gran
partie de la famille Pusłowski, descendant d'Albert, obtint d
de comte et elle ajouta au blason la devise suivante „et
ance." Pendant tout le cours de l'histoire les Pusłowski ne se
jamais du reste de la noblesse.

Dans le Dioce
il fut fondé
fut [illegible] so
Juin 1666 p
ce couvent de
de Busiaż a
montait parfo
lairement - qu
manière effray
ligieux avant
pertes par m
couverts de verd
considérable de
furent présentés
réformés à entrep
fut [illegible] et
rent transportés
religieux transf
„Les co
plus, au
Tika W
(La Tèq
de ce temp

la Messe, venait la lui servir son frère Albert, qui trouvait chaque fois so
le Missel une bourse remplie de ducats. Albert étant ensuite élu maréc
du district de Słonim, donnait des réceptions pour la noblesse du pays. Pe
l'une de ces fêtes on apporta un magnifique service d'argent. Pusłowski p
le faire remarquer davantage s'adressa en plaisantant à un gentilhomme
nommé Soroka en demandant comment cela s'appellerait-il en latin
(la langue latine était alors très usitée dans notre pays) Celui-ci répondit
tout haut et publiquement au grand mécontentement de Pusłowski „Cru
Carturiana." C'était une allusion malicieuse à l'immense crucifix d'
gent qui se trouvait jadis dans l'église de Berezа. J'ai entendu une autre v
de ce même fait, que lorsque Soroka a remarqué ce service, il se mit à
signer ostensiblement. Quand Pusłowski lui en demanda la cause, il répo
„Que sais-je? peut-être c'est le crucifix des pères Chartreux." Il paraît
que les pères Chartreux ne fesaient pas procès en vain!
Tels sont les ouï-dire qui jusqu'à présent on peut entendre des rel
tions de Pusłowski avec les Chartreux, je ne saurais les présenter comme
pure vérité, - en tous cas il faudrait les accepter ~~comme~~ cum grand
salis. Une partie de la famille Pusłowski, descendant d'Albert, obtint d
pape le titre de comte et il se ajouta au blason la devise suivante „et
arma pro cruce." Pendant tout le cours de l'histoire les Pusłowski ne se
distinguèrent jamais du reste de la noblesse.

N. 2.

Dans le diocèse de Vilna les Chartreux avaient leur couvent à Vilna; il fut fondé en 1650 par Léon Casimir prince Sapieha. L'église fut bâtie sous l'invocation des [illegible] et consacrée le 6 Juin 1666 par Alexandre Sapieha évêque de Vilna. Le fondateur dota ce couvent de riches possessions; il lui destina les terres de Bevera et de Busiaz avec les alentours; la somme restante des revenus annuels montait parfois au chiffre de 400000 florins polonais. Il y avait ordinairement quinze prêtres. Les visites canoniques signalent d'une manière effrayante la liberté des [illegible] et l'insubordinance des religieux avant leur cassation; le couvent subissait de grandes pertes par manque de surveillance: le jardin était délaissé, les étangs couverts de verdure, la bibliothèque, se composant d'un nombre assez considérable de volumes, se trouvait dans le plus grand désordre. Des mémoriaux furent présentés à l'évêque de Vilna Jean Kossakowski concernant les réformes à entreprendre vis-à-vis de ces religieux. Mais en 1831 le couvent fut [illegible] et les pères Paul Genijusz et Bonaventure Raszkiewicz furent transportés au couvent des Bénédictins de Stare Troki — les autres religieux transférés dans d'autres couvents.

„Les couvents appartenant aux Congrégations qui n'existent plus au diocèse de Vilna" par E. T. comte Eustache Tyszkiewicz. Teka Wileńska N° 2. Vilna 1857 page 245-246, alias 15-16 (La Tèque de Vilno, une des plus solides publications périodiques de ce temps.)

Je me sens en devoir d'ajouter ici quelques observations:

1. Les possessions des pères Chartreux étaient très considérables; elles étaient situées dans deux districts d'aujourd'hui. Au district de Pruzana leur appartenaient les terres de Bereza et Strychin, au district de Slonim les terres de Busiaz, Sokolów et Rynkiewicze. Un des pères était chargé de visiter les fermes. D'immenses forêts appartenaient à ces biens, près de 3.000 diesiatin (une diesiatina équivaut à peu près à 1 hectomètre =10925 □ mètres); elles formaient deux forêts appelées puszcza: l'une portait le nom de Dziadowska, l'autre Koreczyńska. Les possessions des Chartreux confinaient avec les biens d'Iwacewicze, Kossów, Zdzitów, Bludeck et Pielec. La frontière des Chartreux avec les terres de Pielec se trouvait dans la forêt; le lieu où elle passait porte jusqu'à présent le nom de Dolhi Weretén. Ces biens étaient traversés par la rivière Jasiolda, dont les rives abondaient en castors et en harles (espèce de canards d'eau) qu'les pères mangeaient.

2. La somme de 400.000 fl. de revenu annuel me paraît exagérée de beaucoup (un florin polonais équivaut actuellement à 1/3 de franc), vu les prix de blé extrêmement bas dans ces temps là, et le déplorable état économique du pays durant tout le cours du XVIIIe siècle. Ceci c'est un fait incontestable qu'au commencement de ce siècle les pères Chartreux empruntaient de l'argent chez la noblesse des environs. Après la cassation le gouvernement qui s'était emparé de tous les biens refusa de payer les dettes contractées. J'ai connu encore un vieillard, qui pour cette affaire s'est rendu à St. Pétersbo[illegible] mais là au ministère on lui a repris les lettres de créance, d[illegible]nées par les pères Chartreux, en conseillant de s'adresser à l'empe[illegible]

qui pouvait lui faire payer la dette comme grâce. Le noble débiteur n'y voulut consentir, disant, que quoique maintenant cette somme lui serait nécessaire à cause des revers de la fortune, il préfère renoncer à la somme que demander comme grâce ce qu'on lui doit.

Je ne saurais concilier avec ce fait, cette version tellement répandue chez nous des grands trésors du couvent. J'ai connu quelqu'un qui me racontait qu'étant petit garçon il se souvenait de la cassation du couvent. Quelques années après il a entendu dire qu'un des pères déguisé en civil arriva à Berezа et parvint à prendre une somme considérable murée soigneusement dans l'enceinte de l'église; mais était-ce de l'argent? Plusieurs fois au XVIIIe siècle les pères devaient payer de grosses contributions aux ennemis du pays Russes et Suédois qui s'emparèrent alternativement du couvent. C'est possible aussi qu'une somme considérable a été prêtée au héros polonais national général Kościuszko pendant l'insurrection de 1794, cette somme n'a été jamais rendue. Il paraît qu'en tous les cas les années du pricurat de Pustowski qui finalement quitta le couvent lui furent très funestes.

3. Jean Népomucène Kossakowski évêque de Vilna de 1798-1808.

5. En 1831 l'église des pères Chartreux de Berezа est devenue église paroissiale. Après l'insurrection de 1863 la magnifique église, un des plus jolis monuments du pays était démolie complètement; peut-être que les légendes concernant les trésors possédés par les Chartreux y contribuèrent en partie. Pour exécuter ce triste acte de destruction l'on fit venir du fond de la Russie deux partis d'ouvriers, mais ils n'osèrent toucher au sanctuaire; ils furent remplacés par les Juifs du pays qui eurent le plus de difficulté avec l'arrachement du toit, artistiquement construit tout en

J'ai visité les ruines en 1891, littéralement avec lapis super lapidem, je n'ai jamais vu rien de pareil ; il n'est resté que la muraille en forme d'un immense carré, il s'y trouve d'espace en espace de petites tourelles, ce qui prouve qu'en cas de nécessité le couvent pouvait servir de forteresse ? J'ai lu sur la dite muraille une malédiction écrite d'une main inhabile en pure russe contre celui qui a démoli le couvent. L'année dernière l'empereur par sa grâce spéciale a permis de construire dans notre pays deux, trois nouvelles églises. Les restes des catholiques de Berza sollicitèrent la permission de construire une petite église, mais cela leur a été refusée. On raconte, et par malheur c'est très vraisemblable, que ce refus a eu lieu par intrigue d'un prêtre catholique, curé d'une paroisse avoisinante (20 kilomètres) auquel Berza appartient actuellement. Les curés de notre pays s'inquiètent hélas trop pour leurs revenus !

Pendant la destruction de l'église se passaient des scènes extrêmement tristes. Les corps de la famille Sapieha ont été jetés hors de cercueils précieux par un pope russe (prêtre schismatique) ; les ossements ont été pêle mêle entassés sur un chariot et transportés au cimetière. Le pope s'est emparé de la ceinture fort précieuse, visitée jadis par la haute volée de la Pologne, d'une bague et de la croix princière, qu'il trouva dans le cercueil de Léon Casimir* Sapieha, fondateur de l'église, ainsi que d'une urne en pur or renfermant le cœur de celui-ci, il s'en servit comme d'une sucrier.

*Il ne faut pas confondre Casimir Léon, prince Sapieha, avec bi-ch celui (Pro-Cancellarius) du grand duché de Lithuanie avec son père célèbre Léon Sapieha palatin de Vitro et Chancelier du gd. duché de Lithuanie † le 21 Juillet 1633.

N 3.

Un vieillard qui se souvenait de l'église de Bereza, sans doute déjà après la cassation, m'en a fait la description suivante :
L'église ancienne renfermait quatre autels, l'un d'eux était consacré à la très sainte Vierge, l'autre à St. Bruno. Dans le maître autel se trouvait un tableau de la Passion ; sous la croix se tenaient agenouillés le fondateur Sapieha et sa femme, tenant en main le plan de la Bereza. Un des autels de côté représentait Notre Seigneur couronné d'épines ; il y pendait une masse d'ex-voto, entre autres une épée turque (qui s'appelait Kindżał) offerte ici par un des Sapieha. Les stalles étaient en chêne sculptées ; dans l'église se trouvaient aussi des orgues et des bancs pour les fidèles.
Les maisonnettes des pères étaient marquées de lettres de l'alphabet de A jusqu'à Z ; toutes étaient occupées. — Au réfectoire il y avait une élévation pour le prieur ; sur la porte conduisant à la cuisine était l'inscription suivante : Ordo Carthusiensis nunquam carnes comedat.

Dans le panégyrique du P. Antoine Aloyse Misztołt Soc. Jes. :- Historia Illustrissimae Domus Sapiehanae, reimpressa anno 1747 (dans la publication Svada Latina de Jean Ostrowski - Daneykowicz), j'ai trouvé quelques passages concernant Bereza, que voici :
... Quantum vero maiestatem Basilicae et Domus Religiosae ad Berezensem Carthusiam Fundator ejus Loci erexit ? ipsi clamant Lapides, ipsique candor Carthusianae Laciniae denotat, quam nitido splendore, et gratioso cultu, solitariam Carthusiam caelestibusque intentam decoribus, adornavit ... Svada Historica pag. 187.

... Tandem, meritis in Divos et Rempublicam plenus, vitam explev
1659 Varsaviae in Januario (Casimirus Leo Sapieha): tumulatus Bere
in Ecclesia ad Carthusiam, quam fundaverat; dignus, qui saeculum a
te implere posset, cujus funus immaturum et luctuosum amanti pop
fuit. Sv. Hist. pag. 189.

... Et cum antecedenti fato, ante Casimiri Leonis Sapieha mortem
haec lectissima ejus Consors diem suum obiisset; eam luctuosus Conjunx
Catholico etiam post fata amore colens, centum millia florenorum in Sac
sancta Mysteria Missae expendit, non ad vitae tempora, sed et post term
num ejus, juratum perseverasse Amorem indicans. Gratum hoc sibi ho
caustum monstravit Deus, ut abunde hinc inferre licet, quod in sepulchr
conditorio ejus, ad Ecclesiam Berezensem Carthusianae Familiae, exame
apum mellis favos elaborantium ad pedes incorrupti corporis, post aliqu
annos repertum sit. (??) Dulcem in cordibus Civium Lithvaniae excit
vit Casimiri Memoriam hic dulcis labor apum, et velut olim in ore leonis
a fortissimo Samsone, ita sub plantis Casimiri Leonis favus a praesent
populo spectatus fuerat. Svada Historica pag. 189.

Informations travail

Nom du périphérique :	DC420TCP
Date :	04/06/2007
Heure :	11:11:49

Paramètres de numérisation

Etat

Pages numérisées :	1
Résultats :	Terminé

Paramètres de base

Type de l'original :	Texte
Exposition auto :	Oui
Plus clair/plus foncé :	Exposition automatique
Faces reproduites :	Recto
Résolution :	400 x 400

Taille image

Taille numérisée :	11 x 17 DPC
Taille stockée :	Comme original

Réduction/agrandissement

Rapport d'aspect :	Normal

Effacement de bord(s)

Effacement :	Bord: 0mm

Paramètres copie

Copies locales :	0

Paramètres de télécopie

Etat

Résultats :	Service de télécopie non spécifié

Délai

Immédiat Différé :

Destination

No(s) de téléphone :

Informations modèle

Nom :	@Dysmas.xst
Description :	standard
Propriétaire :	Dysmas

Paramètres fichier

Etat

Pages stockées :	1
Résultats :	Terminé

Connexion

Protocole :	FTP par TCP/IP
Serveur Hôte :	192.168.1.2
Arbre NDS :	
Contexte NDS :	
Nom de connexion :	dc420

Destination

Volume :	
Chemin :	/dysmas
Dossier :	danzig
Fichiers stockés :	00000006.tif

Attributs

Police :	Ajouter

Necrologium ex chartis Capituli Generalis

Ch. 1653 obiit Illma D^a D^a Christina Theodora Procancellaria magni ducatus Lithuaniae, comitissa Tarnowka (J.C.; Tarnowitka, n.v.; Tarnoska, c.f.) fundatrix d^s Berezanae amplissima, habens tricenarium singulare per tot. ord. et anniv. perpet. scrib^m in cal. dd. sub die obitus sui qui fuit 26^a octobris (et plenum monachatum ex charta 1654 ajoute n.v. et J.C.).

" 1654 " Illma D.D. Christina Theodora magni ducatus Lithuaniae procancellaria, comitissa Tarnowka, fundatrix d^s Berezanae amplissima, habens plen. ~~non~~ cum psalt. monach. per tot. ord. Cujus tricenarium et anniversarium anno praeterito fuit denunciatum.

" 1655 " D. Joannes Haagen (et J.C.; Aagen, n.v.) prof^s Moguntiae, Prior d^s S^tae Crucis prope Berezam, habens missam de B^ta Maria per tot. ord.

" 1656 " Ill^mus D.D. Casimirus Leo Sapieha (c.f.; Ch.Tris.; Chauvet; Sapiecha, n.v.c.) Procancellarius magni ducatus Lithuaniae, fundator amplissimus novae d^s S^tae Crucis prope Berezam in Lithuania, habens plen. cum psalt. monach. et missam de B^ta V^a per tot. ord. et anniv. perpet. scrib. in cal. dd. sub die obitus sui qui fuit 19^a Januarii.

" 1666 " Ill.^mus D.D. Joannes Paulus Sapieha (ch.Tris.; Sapiecha, n.v.; J.C.) Comes Cerezensis (Czereiensis, ch.Tris.; Ezereinsis, n.v.) et Bicaniensis (Bychoniensis, n.v.; ch.Tris; Bichoniensis, J.C.) Palatinatus (Palatinus, n.v.; ch.Tris.; J.C.) Vilnensis, exercituum magni ducatus Lithuaniae supremus dux, protector et benefactor cartusiae Berezensis habens tricenarium singulare per tot. ord. et anniv. perpet. scribendum in cal. dd. sub die obitus sui qui fuit 30 Decembris.

" 1667 " D. Casparus Cochellius (Cochelius, n.v.; J.C.; ch.Tris.) prof^s d^s Dantisci, Prior d^s Berezae, habens missam de B^ta Maria per tot. ord.

" 1671 " D. Petrus Komeskitgen (Komeskirgen, n.v.; Komerskirgen, J.C.; Komerskingen, ch.Tris.) prof^s d^s Molshemii, sacrista in d^s Berezae.

" 1673 " Fr. Paulus Laki (Lak, Ch.Tris.) novitius donatus (donatus seulement, J.C.) d^s Berezae.

" 1678 " D. Joannes Clisseral (Elissaral, J.C.) novitius d^s Berezae.

" 1679 " D. Joseph Bogdannovit (Bogdannowitz, n.v.; Ch.Tris.; Bogdannoviter, J.C.) prof^s cartusiae, Prior d^s Gildae, alias Rector d^s Berezae, habens missam de B^ta M^a per tot. Ord.

" " " D. Joannes Lubietowski prof^s d^s Dantisci, alias Prior domorum Gildae et Berezae

habens missam de Bta Ma per tot. Ord.

ch. 1681 obiit D. Joannes Amphor (ch.Tris ; Alfad, J.C) prof: d: Rutilae, Prior d: Berezae, habens missam de Bta Ma per tot. Ord.

" " " D. Matthaeus Carp (Matthias Carp, ch.Tris. J.C; Matthias Carip, n.v.) prof: d: Rutilae, procurator d: Berezae, habens missam de Bta Ma per tot. Ord.

" 1682 " Fr. Matthias Ellinger (Hellinger, n.v. ; Hellingel, ch.Tris.; Sullinger, J.C.) donatus d: Rutilae, hospes in d° Berezae.

" 1685 " D. Christianus Dintzy (Dintz, n.v. ; Ch.Tris.) prof: d: Dantisci, vicarius d: Berezae.

" 1691 " D. Franciscus Brzinowak (ch.Tris.; Brizinowak, n.v.) prof: d: Olomucensis, procurator d: Berezae

" 1693 " D. Antonius Rodes, prof: d: Berezae.

" 1694 " Fr. Samuel HerirouschKitz (Herhirousky, ch.Tris.) conv. prof: d: Berezae (habens missam de Bta Ma in prov. Alemaniae. Ch.Tris.).

" 1698 " Fr. Dominicus donatus d: Trevirensis, hospes in d° Berezae.

" 1700 " D. Wanceslaus Sanich (Janick, Ch.Tris.) prof: et antiquior d: Olomucensis, alias Prior d: Berezae.

" 1702 " Fr. Joannes Barzijecki (Burzecki, ch.Tris.) conv. prof: d: Berezae.

" 1703 " D. Bruno Gerend prof: d: Dantisci, Prior d: Berezae.

" 1705 " Magnificus Dñus Helec (Gelec, Ch.Tris.) senator Slonimensis singularis benefactor d: Berezae habens anniv. perpet. per tot. ord. sub die obitus sui qui fuit 27a Augusti 1702.

" " " Magnifica Dña Christina WissonKinska (Vuissohinska, Ch.Tris.) singularis Benefactrix d: Berezae habens anniv. perpet. scribendum in cal. dd. sub die obitus sui qui fuit ...

" 1706 " D. Julianus, prof: d: Mauelacensis, alias Prior d: Berezae

" 1707 " D. Hugo Hostcery (Horstery, Ch.Tris.) prof: d: Berezae, vicarius d: in Freidnitz.

" 1709 " D. Florianus Kossormonihi (Kossowski, Ch.Tris.) prof: d: Berezae.

" 1710 " Fr. Erestomanus (Eraltmannus, Ch.Tris.) donatus d: Berezae, cujus obitus anno ~~praeterito~~ a 2 annis non fuit denuntiatus.

" 1712 " D. Jodocus Opichasy prof: d: Olomucensis, Prior d: Berezae.

" 1715 " D. Nicolaus Krigwolblaski (ch.Tris; Krigwiivolblaskaki, c.Mirsk.) prof: d: Berezae.

ch. 1716 obiit D. Albanus Eich (Hich, ch. Tris.) prof.s d.s Berezae.

" 1717 " R.mus ac perillustris D.D. Adelbertus Liskowski canonicus Chelmensis, Parochus Berezensis ac Decanus Szeresoviensis, singularis benefactor d.s Berezae, habens anniv. perpet. scribendum in cal. dd. sub die obitus sui qui fuit 29.a martii anni praeteriti.

" 1718 " D. Christophorus Haeziancki (ch. Tris.; Haezianeki, c. Mirafl.) prof.s d.s Gidlae, hospes in domo Berezae.

" 1721 " D. Bernardus Parenbski (Parembiki, c. Mirafl. s.) prof.s d.s Berezae.

" 1724 " D. Paulus Dolassek (Dolasseck, c. Mirafl.) prof.s et antig.r d.s Gildae, hospes in d.o Berezae.

" 1726 " D. Georgius Wenskieviez (Wenskienz, ch. Tris.; Wenschiviez, c. Mirafl.) prof.s et antig.r d.s Berezae, cujus obitus anno praeterito non fuit denuntiatus.

" 1729 " D. Joannes Foecher (Foechet, c. f.) prof.s d.s Dantisci, Prior d.s Berezae.

" " " D. Joannes Baltazarek (ch. Tris.; Balthazarez, c. f.) prof.s d.s Berezae.

" 1731 " D. Theodorus Frohn (ch. Tris.; Frou, c. Miraf. s; Fromm, schw.) prof.s et antig.r d.s Berezae, qui ultra 50 annos laudabiliter vixit in ordine.

" " " D. Jacobus Viatrococki, prof.s d.s Berezae, cujus obitus anno praeterito non fuit denuntiatus.

" " " Ill.mus et excell.mus D.D. Benedictus de Sapieha (de Sapiha, c. Mirafl.; de Sapiea, c. f.) Comes in Bichoa (Bicoa, c. f. s.) magni ducatus Lithuaniae olim thesaurarius, singularis fautor et ex familia fundatorum cartusiae Berezae, habens anniv. perpet. scribendum in cal. dd. sub die obitus sui (16.a Julii) qui a multis annis non fuit denuntiatus.

" 1732 " D. Gasparus Heptner, prof.s d.s Berezae.

" " " D. Adolphus Strunck, prof.s d.s Berezae, habens missam de B.ta M.a in tribus provinciis Allemaniae superioris, Inferioris et Rheni.

" 1735 " D. Christianus Bechers (Betcherz, ch. Tris.; Becxers, c. Mirafl. s.) prof.s et procurator d.s Berezae cujus obitus anno praeterito non fuit denuntiatus.

" " " D. Felicissimus Praucher, prof.s d.s in Seitz, hospes in d.o Berezae, cujus obitus anno praeterito non fuit denuntiatus.

" 1737 " D. Ferdinandus Billig, prof.s et Prior d.s Berezae, alias Prior d.s Gidlae.

" 1738 " D. Carolus Pohl (Phol, c. f.) prof.s d.s Gidlae, hospes in d.o Berezae.

" 1739 " D. Leonardus Jacquemot (Sacquemontte, c. Mirafl.; Saxemolle, c. f.; Soechener, ch. Tris.) prof.s d.s Berezae.

" 1741 " D. Ferdinandus (Prillies, c. f.; Milleoi, ch. Tris.; Vfellios, c. Mirafl.) prof.s et Prior d.s

Berezae, cujus obitus a 4 annis fuit quidem denuntiatus, sed non vero missa de compassione B^tae Mariae Virginis, quam habet fer tot. ord.

ch. 1741 obiit D. Stanislaus Habermann (Hambermann, c.f.) prof^s d^s Berezae.

" 1743 " Fr. Renatus Menanteau (Menanteo, ch.Tris.) donatus d^s Berezae.

" 1749 " D. Josephus Kristelli, prof^s et antiq^r d^s Berezae, qui 54 annis (chr.; 64, ch.Tris.) laudabiliter vixit in ordine.

" 1753 " D. Antonius Habricht (ch.Tris.; Kabricht, c.f.s) prof^s d^s Berezae.

" " " Fr. Stanislaus Kral, conv. prof^s. d^s Berezae.

" 1754 " D. Joannes Cink (ch.Tris.; Cinka, c.f.s.) prof^s et vicarius d^s Berezae.

" D. Benedictus Cidzik (ch.Tris.; Cidzk, c.f.s.) prof^s d^s Berezae, hospes in d^a Gidlae.

" 1757 " Fr. Matthias Padarewski (Podarewski, ch.Tris; c. Prémol.s.) conv. prof^s d^s Berezae.

" 1758 " D. Casimirus Peschke (ch.Tris.; Peskhe, c.f.s) prof^s et antiq^r d^s Berezae.

" " " Fr. Franciscus Komorowski (ch.Tris.; Homorowschi, c.f.s.) conv. prof^s d^s Berezae.

" 1761 " Ill^mus et excellentissimus D. Michael Sapicha (Sapieha, plutôt) comes in Bichon (Bychon, ch.Tris.) ac procancellarius magni ducatus Lithuaniae, singularis benefactor et protector d^s Berezae, habens anniv. perpet. scribendum in Calend. dd. sub die obitus sui qui fuit 11^a octobris.

" 1764 " D. Guillelmus Andrié (Andrec, c.f.; Andran, ch.Tris.) prof^s et antiq^s d^s Berezae.

" 1765 " Fr. Josaphat Radszywouski (ch.Tris.; Radszywanshi, c.f.) donatus d^s Berezae cujus obitus a duobus annis non fuit denuntiatus.

" 1767 " D. Dominicus Bombek (ch.Tris.; Bombech, c.f.) prof^s (ch.Tris.; antiquior, c.f.s.) et alias Prior d^s Berezae

" 1769 " D. Anthelmus Szjnadler, prof^s et vicarius d^s Berezae.

" 1771 " Ill^mus ac R^mus D.D. Antonius Erasmus Wollowie (Wollowiez, ch.Tris.; arw.; c.f.) episcopus Luceoriensis (Luceoriensis, c.f.; Luceviensis, ch.Tris.; arw.) et Bretensis (ch.Tris.; arw.; Bretensis, c.f.) singularis protector d^s Berezae, habens participationem in ordine et anniv. perpet. scribendum in cal^nis dd. sub die obitus sui qui fuit 6^a Julii.

" 1772 " D. Franciscus Pasiecka (Pafieza, c.f.; ch.Tris.) prof^s et antiq^r d^s Berezae, alias Rector (et procurator, c.f. – ch.Tris on n'a pas) d^s Gidlae.

" " " D. Dominicus Passiecka, prof^s d^s Berezae.

" 1777 " D. Petrus Orchowski, prof^s d^s Gidlae, hospes in d^o Berezae.

ch. 1779 obiit D. Bernardus Kuschel (Ruschel, c.f.; Kaschet, ch.Tris.) prof.s et coadj.t d.s Berezae.

" 1780 " D. Paulus Zeisberger (Leißberger, c.f.s) prof.s et Prior d.s Berezae.

" " " D. Bruno Kadau, prof.s d.s Dantisci, alias Prior d.s Berezae, qui 58 annis laudabiliter vix. in ord.

" " " D. Norbertus Forberger, prof.s d.s Berezae.

" " " Celsissima Principissa Magdalena Lubomierska Sapiezyna (Lubomiereska Sapiesyna, c.f.; Lubomierska Sapiezgua, c. Bourg.) consors celsissimi Principis Alexandri Sapieka (Sapicha, c. Prémol et c. Bourg.) cancellarii magni magni ducatus Lithuaniae, fundatoris d.s Berezae, habens anniv. perpet. scribendum in cal. dd. sub die obitus sui qui fuit 25.a februarii.

" 1781 " Fr. Ludovicus Bugo (Buyo, ch.Tris.) conv. prof.s d.s Berezae.

" 1782 " D. Bruno Guretzki (ch.Tris.; Guzetezki, c.f.) prof.s et alias Prior d.s Berezae, hospes in d.o Seitz.

" 1785 " Fr. Vincentius Carlinski, donatus d.s Berezae.

" 1786 " D. Thomas Kober, prof.s et antiquior d.s Berezae.

" " " D. Dionysius Fiescher, prof.s et procurator d.s Berezae.

" " " D. Marianus Huk (Hak, ch.Tris.) prof.s d.s Berezae.

" 1787 " D. Richardus Kode, prof.s d.s Berezae, vicarius d.s Dantisci.

" 1788 " Fr. Chrisostomus (ch.Tris.) Sigmondt (Christophorus Sigmondt, flores; Pigmod, ch.flor.) conv. prof.s d.s Berezae.

" 1789 " D.s Andreas Korzenk (ch.Tris.; Korzenka, flores) prof.s et Prior d.s Berezae. (alias sacrista, flores).

" " " D. Michael Josephus Nancellwirz (Nanceluirz, ch.Tris.; Michael Narelewiez, flores) prof.s et Prior d.s Berezae. (plus loin Flores a encore: « D. Michael Joseph Nanclewiz, prof.s et Prior d.s Berezae.)

" 1791 " Fr. Stanislaus Radriliewicz, conv. prof.s d.s Berezae.

" 1792 " D. Damascenus Vitz, prof.s et procurator d.s Berezae.

" 1794 " Celsissimus Princeps Alexander Sapieha regni Poloniae cancellarius, prognatus a fundatoribus d.s Berezae, habens anniv. perpet. scrib. in cal. dd. sub die obitus sui qui fuit 2 Nov.

" 1795 " D. Josephus Bielogáiski, prof.s d.s Berezae. [se trouvait aussi sur la Cut de Ferrare de 1794].

" 1796 " D. Anthelmus Barh, prof.s d.s Dantisci, vicarius d.s Berezae.

" 1801 " D. Nicolaus Albergati Olenki, prof.s d.s Berezae.

i

.

4

n

e

c

a

a

n

a

f

Ch. 1807 obiit D. Joannes Nepomucenes Donat, prof.^c d.^s Berezae.

" 1810 Quorum obitus non fuit denuntiatus.

Obierunt in domo Berezae:

- D. Ernestus Polagek.
- D. Carolus Harras.
- D. Nepomucenus Donalk.
- D. Antonius Stranchanski.
- D. Bruno Mayerner.
- D. Alexius Biestrevykanski.
- D. Casimirus Livraviek, procurator.
- D. Martinus Fossel.
- Fr. Joannes Laremba.
- Fr. Bartholomeus Kraus, donatus.

" " " Ill.^mus et excell.^mus D.D. Joannes Casimirus Mokovieki Castellanus, eques ordinis Aquilae albae et S.^ti Stephani, sepultus in d.^o Berezae in habitu ordinis, habens participationem in ordine.

16 Janvier 1875

J. Luc Fauchon

Status d^s ~~Vallis nuae~~ Berezae.

(circa 1795-1796)

Ce qui suit est tiré d'un ms. de D. Antoine Vallet (scribe pendant 30 ans, puis Vicaire général de l'ordre) qui portait au crayon la cote 0.290 dans le classement des Archives qui se trouvaient chez le R.P. en 1863 (actuellement : 6, Alem. 6).

D. Antonius Strachouski, polonus. n. 1738. prof^s d^s 1755.

D. Nepomucenus Donath, moravus, correrius. n. 1740. prof^s 1760.

D. Albergatus Oladski, polonus. n. 1736. prof^s d^s 1766.

D. Carolus Karas n. 1746. prof^s d^s 1776. Procurator.

D. Anthelmus Bähr n. 1742. prof^s d^s Dantisci 1768. Vicarius in cap. 1794.

D. Bruno Meysner, polonus. n. 1749. prof^s d^s 1769. Coadjutor.

D. Martinus Josel, hungarus. n. 1749. prof^s d^s 1778.

D. Venceslaus Proske, silesista silesista (sic) n. 1752. prof^s d^s 1776.

D. Ernestus Polaszek, moravus. n. 1757. prof^s 1778.

D. Alexius Biestrzykowski, polonus. n. 1746. prof^s d^s 1783.

D. Petrus Oskierka, polonus. n. 1766. prof^s d^s 1786. Sacrista.

D. Adamus Grabowski, polonus. n. 1768. prof^s d^s 1791.

D. Stephanus Putowski. n. 1764. prof^s d^s 1781 / al^s Prior / Parrochus Berezae. apostat.